DE INFINITIVI APUD PLINIUM MINOREM USU.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

PHILIPPUS MENNA

BORUSSUS.

ROSTOCHII

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS.

MDCCCCII.

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTULIT
OTTO KERN PROF. PUBL. ORDIN.
EXAMEN RIGOROSUM HABITUM EST DIE II. MENSIS MAII
A. H. S. II.

Iam diu mihi in studiis grammaticis versato Pliniique Minoris scriptis penitus cognoscendis occupato cum H. Wentzelii de infinitivi apud Iustinum usu dissertatio Rostochiensis (1893) in manus venisset, eius libelli et dispositione et persequendi ratione adductus qui esset apud Plinium infinitivi usus perscrutari consilium cepi. Cuius operae fructus hic offero. De Plinii scriptis nonnulla afferuntur in annotatione 1, quam sis inspice.

Ac priusquam infinitivos ipsos describamus, pauca de infinitivi doctrina liceat praemittere[2]). De infinitivi enim natura inter viros doctos diu dissensionem fuisse acerrimam nemo est qui nesciat, cum alii verbo, alii nomini eum tribuendum esse censerent; nec minus notum est Francisci Boppii opera controversiam compositam esse, qui infinitivum ortum ex oblitterato casu substantivi abstractae significationis contendit. Quinam ille casus fuerit, non omnes consentiunt, cum alii eum locativum, alii dativum esse iudicent: Curtius, Schleicher, Schoemann locativi ei vices vindicant; Bopp, Leo Meyer, Delbrueck dativi. E nostrae aetatis virorum qui hanc rem tractaverunt numero Barth[3]), Roesch[4]), Ziemer[5]), alii horum partes sequuntur, illorum Albrecht[6]), Deecke[7]), Strotkötter[8]) alii. Quae de hac re studia grammatica protulerunt, complectuntur viri doctissimi Fr. Stolz et Schmalz[9]), qui infinitivi genuinam naturam esse dativi censent. Ceterum haec dissensio levioris est momenti, quod consilii finisque notio et locativo et dativo inest; quomodo autem illi duo casus in unam verbi formam quasi confluxerint coniectura tantum colligi potest (cf. Schütz (Krit. Gänge a. d. Gebiet d. neueren lat. Gramm. Heidelb. 1901) p. 8/9.).

Praeterea hoc loco non praetermiserim in Plinii scriptis interdum, rarius utique quam apud Tacitum[10]), verbum ex iis quae antecedunt aut quae sequuntur in eadem aut in alia forma mente supplendum esse. De hac re v. Draeger I p. 206. Schmalz p. 215 verbum finitum omitti maxime in dialogo docet et in epistulis eamque ellipsim idoneam esse, quae sermoni severam et efficacem brevitatem afferat; saepissime vero, praesertim si ab infinitivo alter infinitivus pendeat, vocabulum esse (fuisse, fore) omitti[11]); quem usum dicendi eo magis augeri latiusque patere, quo quis posterioribus temporibus scripserit. Pronomen denique subiectivum in constructione accusativi cum infinitivo coniuncti a Plinio quoque saepius neglegi mirum esse non potest[12]).

Caput I.

Infinitivus est subiectum grammaticum.

Hic infinitivi usus videtur sic ortus esse: infinitivus ut semel locum supplementi verborum personalium obtinuit, etiam ad verba impersonalia accessit, quoniam persona tertia numeri singularis gen. passivi omnium verborum personalium impersonaliter quoque usurpari potest; quo facto infinitivus etiam ex locutionibus, quae eiusmodi verbis impersonalibus congruerent, aptus exstitit. Quae res perspicua fit formula mathematica: conceditur = licet = copia est (Schmalz l. l. p. 286). Aliter quidem sentit Tudeer De infinitivi sermonis Homerici ratione syntactica, Helsingfors 1876 p. 9, qui eam structuram ita ortam esse putat, ut cum infinitivus accuratioris definitionis causa cum adiectivis coniunctus esset, ex. gr. ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι, etiam in enuntiatis poneretur, ex. gr. ἀργαλέον δὲ ποσσὶν ἐριδήσασθαι Ἀχαίοις (Nordenstam, studia syntactica I p. 28. Upsala 1893). Sed haec interpretatio, quamvis egregie in linguam Graecam cadat, Latinae linguae accommodari non potest, quod constructio infinitivi ex adiectivo apti perraro invenitur antiquioribus Linguae Latinae temporibus et postea demum latius patebat, cum infinitivus

subiecti partes agens iam in vetustissimis litterarum monumentis exstet. Deinceps dicendum videtur de nomine infinitivis subiecti locum tenentibus addito. Quod casu accusativo poni notum est, sed qua de causa hoc fiat, grammatici vehementer dissentiunt. v. Kuehner Gramm. d. lat. Spr. II p. 488 sqq.; similiter iudicat Barth l. l. 52; Schmalz docet l. l. p. 287, annot. 1: „non decet esse adulatorem". hunc accusativum declarari posse ex constructione pleniore: me non decet esse adulatorem (!) Accusativo personae omisso, tamen praedicativi accusativum servatum esse; quam dicendi consuetudinem translatam esse in omnes locutiones impersonales, ut turpe est, nefas est esse adulatorem. Cf. et hoc loco libellum acute arguteque conscriptum G. Strotkoetteri, quem iam supra laudavi (p. 25: subiectum „quemquam" supplendum est), H. Ziemer lat. Gramm. § 250. P. Cauer gramm. militans p. 73 sq. et annot. 20.

Quibus explicationibus dissensio illa nondum videtur sublata esse. Schütz l. l. p. 8/9.

A. Infinitivus nudus.

1. Praedicatum est verbum copulativum cum nomine quodam coniunctum.

a. nomen substantivum.

Hoc loco non praetermiserim paululum tantum interesse interdum inter infinitivum meri subiecti vicibus fungentem et infinitivum qui appositionis q. d. partes agere videtur.

Kuehner II 489 a. II 837. Draeger II p. 358. Schmalz p. 281.

α) Infinitivus meri subiecti loco positus ad haec substantiva:

ambitio: quamquam non ambitio magis quam livor et malignitas videri potest omnes annos possidere summumque illud purpurae decus transmittere P(aneg.) (cap.) 58, (versus) 19. cf. Tacit. hist. 1, 1, 10. Dr(aeger) (II p.) 365: apud Tacitum. De huius vocis etymologia cf. Tertullian. de cultu femin. 9.

consuetudo: Dr. 360. cum particula „ut" a Traiano coniungitur: in ea consuetudine, quae isti provinciae est, ut . . . custodiantur (ep. liber) X, 20. (Traianus). P 90, 25. Caes. bg. 1, 50, 4. Dr. 279.

difficultas: Dr. 365: apud Plinium Maior. . quod: una sed maxima difficultas, quod haec aequare dicendo arduum 8, 4, 3.

fas: Dr. 360: inde a Cicerone; sed Accus. cum inf. coni. iam apud Plautum Bacch. 4, 9, 102.

fas est aut flere-aut vocare 2, 1, 10. 6, 2, 4. (negative). vbi depon.: prosequi fas est 2, 5, 5. inf. praes. pass.: fas est et carmine remitti 7, 9, 9. additur dativ. personae: fas est mihi excusare 1, 7, 2. negative: nec fas est — derogare P 91, 16. vbi depon.: fas non esse obsequi 8, 6, 12. dativ. personae: cui non esset fas . . repugnare. 8, 6, 12. Adde Draegero: inf. perf. exstat Plinius 28, 8, 24: quae retulisse fas sit.

felicitas: apud Draeg. deest. est enim demum vera felicitas felicitate dignum videri P 74, 24.

Cicero Lael. 10, 35: ut omnia subterfugere non modo sapientiae, sed etiam felicitatis diceret sibi videri. Cf. Cic. apud Ammianum 21, 16.

genus: Dr. 365: apud Senecam rhet. . efficacissimum pro candidato genus est rogandi gratias agere P 70, 6.

alterum eiusmodi exemplum vix inveniatur. v. infr. „incitamentum".

gloria: Dr. 364: apud Propertium primum.

his gloria et virtus — provehi 9, 33, 3. Iustin. 41, 1, 8. est gloriae: Iustin. 28, 4, 14. Parataxis q. d. exemplum: quae praecipua tua gloria est, saepius vincitur fiscus P 36, 8.

genet. gerundii: Cic. Brut. 68, 239. Quintil. 12, 10, 17. gerundivi: Vergil. georg. 4, 205.

honor: ap. Draeger. deest; (honori p. 364: primum ap. Cic. p. Oppio fr. 5).

Tibi maximus honor excubare pro templis postibusque praetexi. P 52, 20.

alterum huius dicendi generis non inveni exemplum.

incitamentum: ap. Draeger. deest.

Magnum est educandi incitamentum tollere liberos P 27, 7. cf. supra: genus rogandi gratias agere.

alterum exemplum non inveni.

labor: Dr. p. 362: non ante Ciceron. . erat labor parentibus ostentare parvulos, voces edocere P 26, 10. huic par capiendi quaerendique sudor summusque et idem gratissimus labor invenire P 81, 19.

Inconcinnitatis exemplum cf. Kraut p. 44[13]).

ut: nonnullus et in illo labor ut barbara et fera nomina — Graecis versibus non resultent 8, 4, 3.

Adde Draegero:

laboris est: Verg. georg. 3, 182. 4, 106. Aen. 1, 77. Liv. 39, 1. Plin. 26, 118. Flor. 2, 2, 4.

labori est: Catull. 55, 13.

livor: Ap. Draeger. deest.

v. supra „ambitio" P 58, 19.

„livor" est exemplum tropi q. d. (Quintil. 8, 6, 1.) quae μετωνυμία vocatur. cf. Quintil. 8, 6, 23; „livor et malignitas" (der blasse Neid), exemplum figurae rhetoricae quae ἓν διὰ δυοῖν vocatur.

Livor (contrarium: benignitas) P 3, 17. obtrectatio et livor . . malignitas Tacit. hist. 1, 1, 10. livor ac malignitas Suet. Cal. 34, 27. Tacit. Agric. 41, 17.

Cf. rubor = pudor Draeger II, 363.

Verbum „livere“ = invidere: Tac. annal. 13, 42. Mart. 6, 86, 6. 9, 23, 5. 10, 12, 10. Stat. silv. 1, 2, 150.

malignitas: ap. Draeger. deest. v. supra „ambitio“ P 58, 19. et „livor“.

moderatio est eligere parcissimos P 55, 21. v. infra „ambitionis“. alterum exemplum non inveni. genet. gerundii: Cic. agr. 2, 1. in dicendo: Cic. Phil. 2, 5, 10.

mos: ap. Plinium non exstat. Dr. p. 358 sq.

Adde Draegero: Fabius Pictor ap. Gellium (10, 15, 12: fabam neque tangere Diali mos est neque nominare). Dr. 359. Plaut. curc. 377. men. 720. merc. 513.

AcI: Val. Max. 2, 8, 6.

De Suetoniano usu v. I. Freund p. 46[11]).

Morem habere c. inf.: habuisse privilegium et vetustissimum morem arbitrio suo rempublicam administrare X, 47, 1. sed v. Ussing. p. 23. cf. mos non placebat socios bellum gerere Liv. 2, 53, 5.

„hoc habeo moris“ absolute usurpatum 1, 12, 7.

nefas: Dr. 361: inde a Cic.

quem interfari nefas esset 1, 23, 2. Adde Draegero: Verg. Aen. 6, 391.

officium: Dr. 364: inde a Cic.

civium officium est insequi dissimiles P 53, 22.

ut: primum ego officium scriptoris existimo ut titulum suum legat 5, 6, 42. officii duxit . . exorare Suet. Tib. p. 92, 1 R. Draeger putat „officium est c. inf.“ apud poet. com. non exstare; sed vide Plaut. aulul. 4, 1, 7 (585 W) cas. 3, 3, 22. most. 27. Pers. 616. pseud. 913. trin. 174.

opus: Dr. 363: inde a Cic.

praecipuum est principis opus amicos parare P 85, 6.

Adde Draegero: Iustin. 31, 7, 1.

pars: Dr. 363: apud Vergil. primum. esse partem philosophiae, agere — cognoscere, iudicare, promere et exercere — in usu habere 1, 10, 10.

cuius (humanitas) praecipua pars est, complecti — atque — amari 9, 5, 1. Quintil. 9, 4, 35 neglegentiae est pars hoc pati, humanitatis ubique perhorrescere.

praedicatio: deest ap. Draeg.

ullane satis digna praedicatio est idem tertio consulem fecisse quod primo? P 64, 24.

AcI: Flor. 4, 2: nec vana — praedicatio est ante victum esse hostem quam visum.

praevaricatio: deest ap. Draeg.

praevaricatio est transire dicenda, praevaricatio etiam attingere, quae sint inculcanda. 1, 20, 2.

alterum exemplum non inveni.

pretium: Dr. 362. 363. 358.

1. = praemium: nec aliud tibi pretium quam bene iudicasse. P 80, 12. cf. 3, 9, 23: par pretium tanti laboris. Dr. citat Hor. od. 3, 24, 24.

2. operae pretium: iam ap. Ennium, deest ap. poet. com.; saepius inde a Cicer. mihi visum est pretium operae quaerere 8, 6, 2.

operae pretium est annotare P 67, 21. operae pretium est referre P 86, 14.

op. pr.: Ennius (ap. Senec. ep. 108) ann. 1, 120. Liv. 3, 26, 7. 29, 29, 5. Cic. agr. 2, 27.

prudentia: deest ap. Draeg.

quos decipere — prudentia est 8, 18, 3. Alterum exemplum non inveni. cf. Cic. rep. 2, 25, 45 id enim est caput civilis prudentiae . . videre itinera. quod: 8, 23, 3.

ratio: deest ap. Plin. Dr. p. 363.

5, 12, 1: duplex r. recitandi, una ut — intendar, altera ut admonear. Terentianus 1008. 1524.

solacium: Dr. 365: apud Senecam rhet. deest ap. Plinium.

quod: 1, 12, 2.

tempus: Dr. 359, 1 et 2: inde a Plauto.

tempus est te — consulatui praestare P 59, 25.

Curt. 7, 2, 26. „tempus est enim“ in parenthesi: Plin. ep. 1, 3, 2.

ultio: deest ap. Dr.

instar ultionis videretur cernere laceros artus P 52, 7.

alterum exemplum non inveni.

virtus: Dr. 358: ap. Plautum. 360: ap. Caes. 366: ap. Horat.

his gloria et virtus — provehi 9, 33, 3.

Adde Dr.: Lucil. sat. fr. inc. 1 et 3 sq. virtutis est non mutare mentem Heges. 5, 53 in.

In omnibus quae attuli exemplis nomen praedicativum est substantivum abstractae notionis, praeter „livor“; sed haec quoque vox tropice usurpatur l. l. (= invidia). Extra Panegyricum inveniuntur: fas (semel in Pan.), gloria et virtus, nefas, pars, praevaricatio, pretium operae (in Pan.: operae pretium), prudentia.

Pro nomin. substantivi casu nominativo inveniuntur:

1) Genetivus q. d. characteristicus (cf. I. Golling Gymnasium 11, p. 373 sq., P. Cauer l. l. p. 12).

1. substantivi abstracti:

ambitionis: recusare omnes ambitionis, moderatio est eligere parcissimos P 55, 21.

cf. Kraut l. l. p. 44: „Während Tacitus der varietas sermonis zuliebe die Concinnität[13]) mit absichtlicher Consequenz verletzt, ist die In-

concinnität an dieser Stelle des Plinius vereinzelt." Sed cf. supra „labor", infra p. 11: „experientia", p. 18: „magnificum".

Est enim summi **amoris** negare veniam 9, 2, 5. amor Dr. 365: Vergil.

animi: cf. Dr. 366.

deliberare, expendere, consilium vel suscipere vel ponere ingentis est animi 1, 22, 10.

mediocris animi est — repraesentare P 25, 19.

benignitatis: 1) quantae benignitatis, quanti spiritus fuerit sparsas atque . . laceras gentilitates colligere atque conectere et quasi renasci iubere; deferre quod negabatur atque id praestare . . . ; postremo ipsum sibi eripere tot beneficiorum occasiones. P 39, 17. 2) v. infr. magnanimitatis.

eruditionis: erit eruditionis tuae cogitare 4, 14, 4.

felicitatis: ut enim felicitatis est quantum velis posse, sic magnitudinis velle quantum possis P 61, 6.

magnanimitatis: m. fuit — honore abstinere, modestiae cedere, benignitatis per alios frui P 58, 22.

magnitudinis: v. felicitatis P 61, 6.

modestiae: v. magnanim. P 58, 22.

moris: Dr. 360: non ante Vell.

non tibi moris est tua inire tentoria — nec requiem corpori — dare P 13, 15. quibus moris est eadem — flumina — lustrare navigiis nandoque superare P 82, 7.

Ep. 2, 19, 8. illis fuit moris antiqui eos ornare 3, 21, 3. reis moris est summittere capillum 7, 27, 14. 8, 19, 2 mihi. P 56, 4. quibus. v. Georges. lex. (editio sept. 1880) p. 904.

naturae: natura Dr. 365: Plin. Maior. non tuae naturae est — exigere 9, 37, 1.

simplicitatis: non est simplicitatis meae dissimulare X, 8, 5.

spiritus: v. benignitatis 1). P 39, 17.

2. substantivi concreti:

homo: hominis est enim affici dolore, sentire, resistere — admittere — non egere 8, 16, 4.

consul, princeps: o vere principis atque etiam consulis, reconciliare — compescere, intercedere — reddere — invisere — audire — adesse et assistere P 80, 15.

Partic. praes. pro nomine substantivo: Rem manifestam infitiari augentis erat crimen, non diluentis 4, 9, 7. hoc amantis est non onerare eum 1, 14, 10.

2) Pronom. possessivum:

Magnificum (cf. p. 18), Caesar, et tuum — terras — admovere etc. P 25, 3. cf. Draeger p. 424; sed „haud vostrumst iracundos esse" est infinitivus, non AcI.

3) Addenda hoc loco videtur locutio „curae est“, cuius apud Plinium exstant exempla haec:

Sicui — curae fuerit eadem illa legere 5, 3, 10. Erit mihi curae explorare 7, 10, 2 (non ut apud Georges. lex. p. 1705: Traianus in Plinii epistulis).

Cui semper fuit curae — tractare 8, 14, 10.

ut: esse nobis curae solet, ut facies nostra ab optimo quoque artifice exprimatur. 7, 33, 2.

ne: quantae curae tibi fuit, ne quis expers liberalitatis tuae fieret P 25, 24.

absol.: ab iis quibus erat curae praemonetur 4, 11, 11.

est mihi curae aliquid 6, 8, 2.

Similiter: Quod esse potest documento nihil desperare, nulli rei fidere 4, 24, 6. quos plures habere multis gloriosum, reprehensioni nemini fuit 5, 3, 11. Exemplum inconcinnitatis! v. Kraut l. l. p. 44, supra „ambitionis“ et „labor“. — solet esse gaudio tibi, si: 2, 11, 1. cum: 4, 19, 1. mihi erit gloriae, si 3, 8, 3.

4) Huc adde has locutiones adverbiales pro substantivo vel adiectivo usurpatas:

Quam (voluntas) bonis heredibus intellexisse pro iure est 4, 10, 3. Invitos — compellere — non est ex iustitia nostrorum temporum X, 55 (Traian.). Pro ratione erit idem facere 9, 7, 5. cf. Colum. 3, 5, 3: minime rationis est cum inf.

Est Capitoni in usu colere 1, 17, 3. cf. diplomata — non debent esse in usu X, 46 (Traian.). in usus nobis futurus sit (lacus) X, 62 (Traian.).

in usu habere aliquid (quae ipsi doceant) 1, 10, 10. 8, 14, 3.

usum habet cum inf. et AcI: Caes. b. c. 3, 80, 6.

ex usu est c. AcI.: Caes. b. g. 1, 50, 4.

β) Infinitivus est epexegeticus[14]) q. d. vel appositionis locum tenet post

1) haec substantiva: (saepe additur pronomen demonstr.)

ambitio: O prava et inscia verae maiestatia, concupiscere honorem, quem dedigneris, dedignari — quem concupieris — sic ab illis abesse . . P 63, 22.

„O ambitio“ videtur esse vocativus, si altera persona „dedigneris“ veram allocutionem significat; nominativus, si „dedigneris“ = man verschmäht; atque in illa interpretatione sunt adiectiva „prava“, „inscia“ attributive usurpata, in hac praedicative. Cf. Menge no. 45, annot. 4. Kuehner II 191 ann. 2. I 282, 8 („casus nominativus praefertur in sermone sollemni“). Nominativus igitur hoc loco fungitur vicibus accusativi exclamationis.

amentia: quae pigritia, arrogantia, sinisteritas ac potius amentia, in hoc totum diem impendere! 6, 17, 3.

dementia Sall. Catil. 58, 16.

dementiae „ Iug. 3, 3.

Seneca suas. 1 praef. 24.

arrogantia: v. supra „amentia".

audacia sit — excipere Prop. 2, 19, 23 citatur a Draegero II p. 366; sed infinitivi „excipere", „figere" explicant minus substantivum „audacia", quam pronomen „haec":

haec igitur mihi sit lepores audacia molles excipere et stricto figere avem calamo.

ars: v. experientia. Dr. 364.

arx: haec arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. P 49, 6.

causa: Dr. 366. ap. Plinium non exstat.

ut: hanc causam extendendi consulatus fuisse, ut P 61, 12.

dolor: Dr. 366. apud Plinium deest. quod: hic dolor est, quod 1, 12, 2.

experientia: deest ap. Draeg.

Olim haec experientia iuventutis, haec voluptas erat, his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris P 81, 10.

Exemplum inconcinnitatis. v. supra „ambitionis".

eruditio: v. prudentia.

facies: contigit ergo oculis nostris insolita ante facies, principem aequatum candidatis et simul stantem intueri, parem accipientibus honorem qui dabat P 71, 12.

Aliter: memoranda facies, — classis permissa omnibus ventis P 35, 26.

decora facies, — tribunal viridi cespite exstructum P 56, 7.

foeda facies, cum — imperator — sequeretur P 82, 29.

Deest ap. Draeg.

indicium: magnum hoc tuae moderationis indicium, quod placuisti P 9, 7. hoc quoque redditae libertatis indicium fuit, quod consul alius quam Caesar esset(!) P 58, 15.

ingenium: deest ap. Draeg.

hominisne istud ingenium est, hominis potestas, renovare gaudia, redintegrare laetitiam, nullam requiem gratulationibus dare neque alia repetendis consulatibus intervalla permittere. P 61, 24.

intentio: deest ap. Dr., ap. Plin.

ut: haec intentio tua, ut revoces P 78, 4.

laus: Dr. 364. deest ap. Plin.

si: cuius videbam hanc esse praecipuam laudem, si nihil decernerem 6, 27, 2.

AcI: Caes. b. g. 4, 3, 1.

cf.: hanc astruis laudem, ne coegisse videaris. P 46, 15. (locutio insolentissima; den Ruhm, dass du sie nicht gezwungen zu haben scheinst.)

meritum: deest ap. Dr.

magnum hoc tuum meritum, sistere ruinas, solitudinem pellere, ingentia opera ab interitu vindicare. P 50, 8.

mora: Dr. 366.

una erat in limine mora, consultare aves revererique numinum monitus. P 76, 25. una mora = haec una mora.

Adde Draegero: Plaut. capt. 393: quae memini mora merast monerier.

natura: Dr. 365: Plin. Mai., deest ap. Plin.

ut: est haec natura sideribus, ut P 19, 4.

pigritia: v. supra „arrogantia". deest ap. Dr.

potestas: v. supra „ingenium. Dr. 361.

adde Draegero: Sall. 29, 3: ea potestas — permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere — habere." Extra hunc locum apud prosae orationis scriptores exemplum non inveni. Cf. Edit. Iacobs-Wirz.

potestas fit c. inf.: Liv. 34, 13, 5.

„ datur c. inf.: Verg. Aen. 3, 670.

cadit in potestatem: cognoscere et percipere vix cadit in p. Vitruv. 8, 18 R.

prudentia: deest ap. Draeg. et ap. Plin. quod: cuius haec praecipua prudentia, quod alios prudentiores arbitrabatur, haec praecipua eruditio, quod discere volebat 8, 23, 3.

remissio: deest ap. Draeg.

quae enim remissio tibi nisi lustrare saltus, excutere — feras, superare iuga, — — gradum inferre, adire lucos et occursare numinibus! P 81, 6. pronomen interrog. pro demonstr.

sinisteritas: v. supra „amentia." vox perrara: Plin. ep. 6, 17, 3. 9, 5, 2. Apollin. Sidon., qui Plinium imitatur: ep. 1, 5; 3, 11.

voluptas: Dr. 365.

v. supra „experientia". P 81, 10.

Adde Draegero: Propert. 1, 10, 3. Ovid. her. 12, 21. trist. 4, 3, 37. ex Ponto 2, 9, 39.

Praeterea apud Plinium exstant: ratio, summa, usus, vis; sed pendet ex iis sententia coniunctionalis:

ratio: hanc fuisse rationem, quod P 60, 22. Dr. 463.

summa: deest ap. Draeg.

haec fuit summa votorum, ut P 74, 5. hanc esse — summam, si P 36, 13.

usus: Dr. 359, 365.

in qua hic esset usus florentissimae dignitatis, ut — laudare — posset 8, 6, 3.

vis: cuius ea vis, ut morum similitudo gloriam minuat. P 91, 23.

2) ad solum pronomen demonstrativum[15]).

Dr. II p. 514.

praeclarum quidem illud eiusdem, ferrum stringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere vocem immortalem ac paene divinam: „Paete, non dolet". 3, 16, 6.

Mea quidem sententia fieri non potest, ut hi quinque infinitivi partes substantivi agere aestimentur. Aliter se habet res in hoc exemplo: illud iners quidem, iucundum tamen nihil agere, nihil esse 8, 9, 1.

infinitivos „agere“, „esse“ meri substantivi locum tenere contextu docemur; efficiunt enim illa verba subiectum tertium praedicati „quid est“, cuius duo alia subiecta sunt „otium“ et „quies“. Est autem totus locus hic: olim nescio quid sit otium, quid quies, quid denique illud iners quidem, iucundum tamen nihil agere, nihil esse. Apud Draegerum desunt verba „quid sit“, qua re facile in errorem inducimur: signum quod nos „comma“ vocamus, post „tamen“ ibi delendum est. —

Ad superiorem locum cf. Curt. 10, 5, 33: illa fortunae — dis aequare se et caelestes honores accersere — credere — irasci — mutare — imitari.

Porro: civile hoc erat et parenti convenientissimum, nihil cogere semperque meminisse P 87, 14. cf. 3, 9, 25.

hunc locum ita quoque interpretari possumus, ut infinitivos ex copula cum adiectivo coniuncta pendentes faciamus. cf. Praun l. l. p. 41: apud Vitr. saepe pronomen demonstrativum vel adverbia „praecipue“, „ita“ antecedunt, ex. gr. 206, 12: hoc autem necesse est. cf. Kuehner II p. 531.

illud in principatu beatissimum, quod nihil cogitur P 6, 18.

illud vero deerat, ut 8, 6, 9.

„id deerat“: hanc locutionem in deliciis habuisse rhetores docet Cas. Morawski. Eos 2, p. 8 [16]).

Hoc modo pervenimus ad infinitivum substantivi vices sustinentem [17]).

De infinitivo qui substantivi naturam induit, in libris grammaticis perpauca exstant: v. Kuehner II p. 489 sq. Draeger I p. 331 sq. Schmalz p. 281. Diez Grammatik der romanischen Sprachen 5. edit. 1882 p. 920 sqq. Strotkoetter p. 29. Barth p. 62. Quae dicendi consuetudo mira esse non potest, cum infinitivus dumtaxat rursus in substantivi notionem et usum, unde profectus est, redeat; potuit autem tum demum ita usurpari, cum originaria vis eius oblitterata erat, ut infinitivus non dativi casus forma, sed nominativus vel accusativus intellegeretur. Hic infinitivi usus et Graecae linguae proprius est et Latinae atque errant qui Graecorum consuetudinem ad originem infinitivi substantivi loco usurpati valuisse arbitrentur, quamquam negari non potest Graeco sermone [18]) hunc usum valde auctum esse. Saepius, id quod aliter fieri non potuit, apud scriptores, qui in philosophia versati sunt, apud poetas, qui Graecos ad imitandum sibi proposuerant, in translationibus, praecipue autem apud Patres ecclesiae q. v. infinitivus substantivi naturam induit. —

Iam videamus, quibus vicibus hic infinitivus fungatur. Agit subiecti et obiecti partes (de inf. obi. v. caput II), fungitur nominis praedicativi vicibus, accedunt ad eum attributa, pendet e praepositionibus[19]).

1. Inf. substantive usurpatus est subiectum grammaticum.

a). praedicatum est verbum personale.

Exempla Plinii sunt haec:

Nam delectare, persuadere copiam dicendi spatiumque desiderat 1, 20, 18.

Laudare vero optimum principem ac — ostendere idem utilitatis habet, arrogantiae nihil 3, 18, 3.

Vereor enim ne id quod improbo insectari, carpere fere huic quod cum maxime praecipimus repugnet 8, 22, 4.

Quid enim commune habet occidere et relegare? Non hercule magis quam relegare et absolvere 8, 14, 14.

Nam saepius recusare ambiguam ac potius illam interpretationem habet P 59, 26.

Sollicitat primum ipsa pulchritudo iungendi, deinde quod non minus utile quam voluptuosum, posse utraque eadem opera — invisere, — habere, unam villam colere et ornare, alteram tantum tueri 3, 19, 2.

Addenda Draegero II p. 357:

Iam apud Plautum exstat hic usus infinitivi: trin. 1034. apud Lucretium: 5, 1248 sq. 1377 sq. 1403 sq. Varro l. l. 5, 10 § 68 M. Nep. Epam. 1, 2. Sall. Iug. 85, 9. Verg. georg. 3, 209 sq. Aen. 6, 852. Apud Ciceronem: de orat. 1, 42, 187. Tusc. 1, 36, 88. Vitruv. 8, 18 v. p. 12 „potestas.“ Raram constructionem, cuius Draeger ibid. mentionem facit (ex infinitivo pendet obiectum), praebet exemplum Plinii 3, 18, 3, supra laudatum.

b). praedicatum est copula cum infinitivo coniuncta.

Draeger I p. 331. II p. 366. Kuehner II p. 489b. Menge no. 415 ann. 1.

Apud Plinium exstant haec exempla:

Si valere est suspensum et anxium vivere. 3, 17, 3.

(vindemias — colligo): si colligere est nonnunquam decerpere uvam, torculum invisere, degustare de lacu mustum, obrepere urbanis 9, 20, 2.

Dicendum iam est de attributis, quae ad infinitivum substantive usurpatum accedunt. Atque infinitivum etiam si substantivi locum teneat, adverbiis definiri cum leges grammaticae iubeant, ad hunc infinitivum postquam vim verbalem exuit, etiam attributa accedere coeperunt. Cuius consuetudinis initia iam apud Plautum exstant et scriptores

optimi aevi pronomen demonstrativum vel possessivum vel pronominalia (solum, tantum), ad infinitivum apposuerunt (ex. gr. Cic. Tuscul. 1, 22, 52: hoc se ipsum posse cognoscere). Sed hunc usum admodum circumcisum fuisse docet G. Müller (Lehre vom Infin. im Lat. Prgr. Goerlitz 1878) p. 8. Apud Caesarem, Sallustium, Livium, Vitruvium hic infinitivus non invenitur, deinde apud Persium (meum velle, hoc ridere meum), Quintilianum (totum hoc apte dicere), apud Senecam Oedip. 922: ipsum metuisse (inf. perf. primum apud Ovidium her. 7, 164: amasse meum). Hilar. Pict. trin. 6, 7: verum ac proprium esse. Iuvencus 1, 737: voluisse tuum. Et animadvertendum est Ciceronem attributum infinitivo adiecisse in epistolis tantum et in libris qui de philosophia sunt, plerumque ad artis philosophorum vocabula latine reddenda: beate vivere (τὸ εὐδαιμονεῖν) vos in voluptate ponitis fin. 2, 27, 86; τὸ ζῆν = vivere ipsum, τὸ ἔχειν = habere.

Plinius semel utitur hoc infinitivo: ep. 8, 9, 1: illud iners quidem, iucundum tamen nihil agere, nihil esse, qui modus dicendi aliquantum abhorret a priorum consuetudine, cum noster adiectiva vera ad infinitivum apposuerit.

Atque pronomine possessivo ad infinitivum admisso fieri non potuit, quin pronominis person. genetivus similiter usurparetur, qui primum invenitur apud Valer. Max. (7, 3, 7: cuius (sc. Fabii) non dimicare vincere fuit. Valer. Max. 6, 9, 5: eius velle et posse). Seneca phil. epist. 101, 13: eius vivere; inde a Tertulliano saepius (Hilar. Pict. trin. 2, 6: eius esse in se est). Alii genetivi exstant demum apud Marium Victorinum, ex. gr. scire ipsius Dei. v. Woelfflin l. l. p. 73 sqq.

Plinius nullum huius modi exemplum praebet. — Atque haec hactenus. Videamus nunc, quomodo infinitivus e praepositionibus pendeat. (Woelfflin l. l. p. 71, 72, 78 sqq.) Quem usum dicendi breviloquentiae inservire et enuntiatorum inferioris ordinis vicibus fungi notum est. Atque Müller quidem (l. l. p. 7) docet infinitivum apud optimos scriptores e praepositionibus non pendere nisi e praepositione „inter" in locutione „interest inter"; quae primum invenitur apud Ciceronem fin. 2, 13, 43: inter optime valere et gravissime aegrotare nihil interesse (imitatio sententiae Pyrrhonis

philosophi (Epictet. ap. Stob. Serm. 121, 28: Πύῤῥων ἔλεγε μηδὲν διαφέρειν ζῆν ἢ τεθνάναι); Seneca de benef. 10, 2: multum (haud multo post „nihil") interest inter dare et accipere. Apud Tertullianum primum inf. pass., ex. gr. inter dici et esse. Hilar. Pict. trin. 2, 15: inter esse et adesse. — „praeter" primus usurpat Horatius sat. 2, 5, 69: praeter plorare; deinde Ovid. her. 7, 164 etiam inf. perf.: praeter amasse meum. Apud posteriores autem inf. vicibus cuiusvis casus fungitur, iam apud Tertullianum, et pendet e praepositionibus: ad, contra, iuxta, secundum; in, pro, de. Ac Macrobius quidem praebet ex. gr. „contra suum velle". Hilar. Pict. trin. 10, 1: „ad velle id quod verum est". Apud Conradum Hirsaugiensem invenitur „pro posse nostro." Vergil. (Keil VIII, 198): „in hoc nostro diligere." Cf. eiusdem: Solis currere iucundissimum.

b. (v. p. 5) nomen adiectivum generis neutrius.

Draeg. II p. 358. Kuehner II p. 493 g. Menge no. 420 I 1. Schmalz p. 281. Strotkoetter p. 24 sp. Deecke bei Bursian 1893[3] p. 282. Haec dicendi consuetudo invenitur omnibus temporibus, sed haud scio an apud nullum scriptorem adiectivorum numerus ita usurpatorum sit maior. quorum adiectivorum communis notio, cum cuiusvis sint generis, definiri non potest. Copula „est" a Plinio interdum omittitur, id quod apud Tacitum breviloquentiae causa semper fere fit.

α) gradus positivus.

aequum: a. est enim agere — gloriae et famae, id est suam causam 6, 29, 3. non satis a.: 8, 2, 2.

Vell. 2, 64, 2.

anxium: est enim suspensum et a., . . nihil scire 6, 4, 3.

aptum: a. piumque est te — precari P 1, 17.

arduum: ut apisci arduum sic etiam sperare nimium est. 4, 8, 6. 4, 23, 3. *8, 4, 3†. P 59, 19. 72, 22.

*† ubi copula omissa est, asteriscus apponitur.

arrogans: a. esset ob ea laudare 9, 31, 2.

Ἀφιλόκαλον: ἀ., illitteratum, iners ac paene etiam turpe est, non putare tanti cognitionem 2, 3, 8. cf. 3, 7, 7.

barbarum: eripere durum, ferum, b. est 8, 24, 4.

civile: c. hoc erat et parenti convenientissimum, nihil cogere semperque meminisse P 87, 14. Tac. Ann. 1, 54, 9 (Halm). 2, 34, 12. cf. supra p. 13.

commodum: nunquam porro aut valde vacat Romae aut commodum est audire recitantem. 3, 18, 4.

absol.: P 48, 9.

commune: procurrere ad mortem c. cum multis (contrarium: ingentis est animi); (exemplum inconcinnitatis cf. p. 8 „ambitionis") 1, 22, 10.

congruens: ut sit satis congruens — sectari — conquirere. 1, 8, 17. neque Tac. ann. 4, 2 neque eiusd. hist. 5, 8 invenitur, ut Georges in Lex. I p. 1378 vult; sed ann. 4, 6, 1.

consentaneum: c. fuit damnare eum 4, 9, 17.

constans: negare non c., sed durum videretur. 6, 34, 2.

difficile: quam difficile est obtinere 1, 8, 6. 3, 10, 6. 8, 14, 3. X. 33, 3. P 51, 1. quos ut gloriosum sic est difficile superare 6, 6, 1. cf. magnum 4, 3, 2.

absol.: 1, 18, 1. ut: 4, 15, 7. 7, 17, 6. Lactant. 4, 23, 8.

dignum: Dr. II p. 331. apud Plinium nunquam sine c. ablativo invenitur. pulchrum et magna laude dignum est, uti — experiri 1, 17, 2.

*dignum mansuetudine tua, minuere nec pati P 38, 27.

*procedere in rostra, — locum terere, hic suscipere hic ponere magistratus, quam dignum te, quam diversum consuetudine illorum! P 65, 11.

qua gloria dignum est — placuisse 7, 31, 4.

cf. ut sapientia tua dignum est 4, 23, 1.

ut: Vitr. 46, 6.

personaliter: dignus alter eligi alter eligere (praegnanter: 4, 11, 4). P 7, 15.

diversum: v. dignum P 65, 11.

durum: posset durum videri dicere 4, 14, 10. X, 69.

v. constans. 6, 34, 2. v. barbarum 8, 24, 4.

egregium: cum sit e. et mereri beneficia et dare 3, 8, 3. 8, 2, 2.

egregie, Caesar, quod — non pateris P 38, 19. Cf. Suet. Vitell. 10, 9.

expeditum: erat e. omnibus remittere aequaliter, sed non satis aequum 8, 2, 2. X, 61, 4.

facile: quem (modus) tibi — custodire f. est 5, 7, 5. X, 61, 2. X, 96, 10. P 3, 13. 26, 30. (quattuor his locis casus dativ. non exstat). Ter. Ad. 5, 4, 8 (dativus). Caes. b. c. 1, 50, 2 (dat.) 3, 45, 4 (dat.). Quintil. 6, 4, 20. Plin. 3, 5, 6. Suet. Aug. 57, 8. Lactant. 4, 23, 8.

familiare: mihi f. est — communicare — monere 4, 24, 7.

ferum: v. barbarum 8, 24, 4.

fructuosum: v. laboriosum 7, 9, 6.

* **furiosum**: improbum enim ac paene furiosum (esset aemulari) 7, 30, 5.

gentilicium hoc illi (scribere elegos) 6, 15, 1.

gloriosum: quos plures habere multis gloriosum, reprehensioni nemini fuit 5, 3, 11. (Inconcinn. p. 8 „ambitionis"). 6, 6, 1 (v. difficile).

honestum: quando mihi licebit, quando per aetatem honestum erit. imitari istud . . exemplum? 4, 23, 4. 5, 1, 3.

absol.: 3, 1, 11. cf. Cic. off. 3, 15, 64.

humanum: molle et humanum est (sc. dicere): habes. quod agas. 4, 14, 10.

humile: h. esse principi nisi odisse P 85, 8 (modus dicendi insolentissimus!)

illitteratum: v. ἀφιλόκαλον 2, 3, 8.

***immensum**: v. arduum 8, 4, 3.

immodicum: quantum voto petere i. erat 4, 17, 9. X, 104.

improbum: v. furiosum 7, 30, 5.

incautum: ne sit incautum — rem subdere 3, 19, 4.

iners: v. ἀφιλόκαλον 2, 3, 8.

iniquum: cum inf. non exstat ap. Pl.

insolitum: cum inf. non exstat ap. Plin. ut: in principe rarum ac prope insolitum est, ut se putet obligatum P 60, 15.

irreligiosum: cuius dedicationem — differre longius irreligiosum est 4, 1, 15.

iucundum: tam iucundum est vindicari quam decipi miserum 6, 22, 8. 7, 24, 8. *8, 8, 4.

cf. iam illa perquam iucunda una dicentibus, quod libera tempora petebat, quod audituros corrogabat 6, 1, 3. quae et tibi auditu et mihi relatu iucunda erunt 5, 6, 4.

cf. strepitu visuque iucundum 5, 6, 23. si: perquam iucundum nobis erit, si — contulerit 4, 15, 13. 5, 13, 9. 7, 33, 3.

quod: 3, 11, 8. exprimere non possum quam iucundum sit mihi, quod 7, 8, 1. exprimere non possum quam sit i., quod 9, 23, 3.

***laboriosum**: l. et taedio plenum, sed fructuosum recalescere . . et resumere — intexere — nec tamen — turbare 7, 9, 6.

laudabile: 5, 3, 4.

liberum: cum dativo personae: erit — liberum nobis vel publicare vel continere 1, 8, 3. 3, 1, 8. 3, 8, 4. 8, 18, 3. 9, 19, 5.

sine dativo personae: 24, 22. P 46, 9.

cf. Lagergren l. l. p. 165.

longum: l. est altius repetere 2, 6, 1. 7, 16, 4. 9, 13, 8. si: 5, 6, 42.

luctuosum: c. inf. non ap. Plin. quod: non triste solum verum etiam luctuosum, quod — decessit 5, 21, 3.

cf. Cic. pro Quinctio 95 (ibi sex alia adiectiva — gradu positivo et gradu comparativo — cum infinitivo construuntur).

magnificum: m. est civibus iura, quid hostibus reddere? P 56, 11. Exemplum inconcinnitatis; dicendi modus insolentissimus.

*magnificum et tuum (seq. 5 infinitivi). cf. p. 9 et 22. P 25, 3.

quod: est magnificum, quod — reprimis. sed magnificentius, quod P 83, 7.

magnum: condire — adiungere non minus difficile quam magnum est 4, 3, 2. 2, 3, 3. 7, 17, 15. P 16, 20. 51, 1. 56, 1 (magnum — maius).

malignum: Pravum malignumque est non admirari 1, 16, 9.

miserum: v. iucundum 6, 22, 8. cum dicere quod velles periculosum, quod nolles miserum esset 8, 14, 8.
cf. Cic. Quinct. 95.

molestum: nec molestum erit mutuari 3, 19, 8.

naturale: inf. non exstat ap. Plin. ut: n. est enim, ut — velit 4, 17, 3. Quintil. 4, 1, 12.

necessarium: quam n. fuerit, consulatum non recusare P 64, 13. cf. Lagergren l. l. p. 165 contra Reisigium docentem locutionem „n. est" non inveniri nisi dativo addito. — Apud Lagergren. vocab. „al." post „Pan. 64" delendum est; locus Ciceronis (de or. 1, 24, 112) infinitivi expers est; locus Livii (21, 58, 6) est: castra ponere n. visum est.
ut: (non exstat ap. Draeger.) Cic. part. or. 31.

necesse: perpeti n. erat 3, 18, 6. non n. 9, 13, 14. P 4, 2.
absol.: quid n. est? 7, 1, 6; 5, 19, 3. 1, 20, 8. X, 81, 8. P 55, 8. 88, 12. Cic. fat. 9.
ut: ap. Draeger. deest; vide Georges. lex.
ut omissum: Dr. II, 288, ubi addendum: Plin. ep. 2, 1, 10. 8, 10, 2.
cum indicativo semel invenitur apud Hilarium (v. Archiv II p. 318).

nimium: n. est enim dicere 2, 11, 15. v. arduum 4, 8, 6. (v. satis P 51, 30).
cf. satis tibi nimiumque, cum P 51, 30.

Onerosum: erat perquam o. accusare 2, 6, 5. 2, 11, 13. 3, 18, 3. (v. pulchrum.) P 44, 4. P 91, 17.

oratorium: v. minus o. (comparativ.) Quintil. 6, 3, 39.

pergratum: erit — pergratum mihi — intueri, — respicere, — consistere, — commeare 2, 7, 6. quod: 3, 5, 1.
ut (deest ap. Draeger.): Caes. bc. 1, 86, 1.

periculosum: v. miserum 8, 14, 8.

periucundum: inf. non exstat. quod: 7, 7, 1.

pium: v. aptum P 1, 17.
Cic. rep. 3, 9. cf. Ovid. Trist. 1, 2, 96.

pravum: v. malignum 1, 16, 19.

primum: p. est — suo esse contentum, deinde — ambire 9, 10, 3.

pulchrum: praecipere — p., sed onerosum ac prope superbum est 3, 18, 3. 1, 17, 2. 4, 18, 1. p. videtur 5, 8, 1. cf. venerabile.

rarum: rarum est invenire 7, 30, 3.

ridiculum: quorum delicias desidiamque quasi iudicium respicere r. est. 1, 20, 23. Divin. in Caec. 59. Quintil. 5, 13, 7.

salutare: utile est — et s. praesidibus hanc habere fiduciam. P 70, 11.

sollemne: s. est mihi — referre X, 96, 1. AcI: Suet. Aug. 44, 11.
Inf.: Hor. ep. 2, 1, 103. Gell. 15, 2, 3. cf. Wentzel p. 18.

speciosum: P 56, 12 v. p. 22.

subitum: inf. non exstat ap. Plin.
quod: temporarium et s. est, quod gaudet P 91, 25.
Cic. ep. fam. 13, 2: s. est ei remigrare.

superbum: v. pulchrum 3, 18, 3.
absol.: Cic. rep. 2, 22, 39. cum ellipsi: Cic. de orat. 2, 39, 165.
supervacuum: s. est recitare 7, 17, 5.
suspensum: v. anxium 6, 4, 3.
taedio plenum: v. laboriosum 7, 9, 6.
temerarium: t. est enim secundis non esse contentum 4, 9, 10.
Cic. nat. deor. 1, 1, 1. Plin. 17, 22, 35. Cf. Plaut. asin. 2, 1, 14. aul. 2, 2, 7.
temporarium: v. subitum P 91, 25.
triste: quod: v. luctuosum 5, 21, 3. si: v. acerbum 8, 1, 2.
turpe: v. ἀφιλόκαλον 2, 3, 8. si: 8, 24, 8.
Cic. off. 2, 22, 77. 1, 35, 127. Lael. 17, 61.
tutum: et iam tutum erat (sc. confiteri) 3, 14, 3. P 18, 21. 53, 26. 76, 9 (3 infin.) Quintil. 9, 2, 66. 8, 3, 47. 10, 3, 33. Prop. 1, 15, 42. (cum annot. Rothsteinii.)
tuum: v. magnificum P 25, 22. Plaut. stich. 5, 4, 36. Ter. Andr. 4, 1, 55.
utile: *utile imprimis, et multi praecipiunt, ex Graeco in Latinum — vertere 7, 9, 2. pervenisse P 44, 19. v. salutare P 70, 11. Hor. ep. 2, 2, 141.
absol.: P 10, 16.
Cic. off. 3, 15, 64. Cf. Plaut. trin. 1, 1, 2. Ter. Andr. 1, 1, 34.
voluptuosum: v. minus utile 3, 19, 2. p. 21 sq.

β) gradus comparativus.

Cf. Cic. pro Quinctio 95.
accommodatius: meae naturae a. est credere X. 60 (Traian.) Inf. praes. pass. P 83, 5.
amicius: simplicius et amicius visum est omnia — emittere 3, 1, 4.
amantius: absol.: at illud modestius et fortasse reverentius. Sed hoc simplicius et amantius. 8, 21, 5.
magis **arduum**: quanto m. a. est alios praestare quam se, tanto laudabilius, quod P 83, 9.
beatius: quod facere — non — rectius, certe b. erat 7, 15, 1.
minus **civile**: non est m. c. et principem esse et P 78, 7.
abs.: quid ordinatione civilius? quid libertate pretiosius? 8, 24, 8.
magis **decorum**: neque enim m. d. et insigne est statuam — habere quam ponere 1, 17, 4.
deformius: cum sit — multo d. amittere quam non assequi laudem 8, 24, 9.
difficilius: 3, 13, 2. 4, 19, 10. 5, 18, 2.
minus **difficile**: v. magnum 4, 3, 2.
efficacius: utrum sit e. ad recte vivendum bene institui an feliciter nasci P 84, 31.
cf. Hor. c. 4, 12, 20.
favorabilius: id enim et favorabilius et tutius (in parenthesi) 5. 13, 3.

facilius: P 66, 28. 85, 12.
ut: faciliusque est ut — excidat P 87, 28. 44, 2. 8, 6, 17.
Quintil. 10, 2, 10. 12, 6, 7.

felicius: f. iucundiusque est desiderare principem desiderantem P 86, 10. felix c. inf.: Lucan. 4, 520.

* **gratius**: neque enim augeri dignitate quam aequari bonis g. 5, 14, 3.
minus **gratum**: v. iucundissimum 3, 8, 2.

gravius: reparare quod amiseris g. est 6, 8, 6. *quid enim miserius quam exectum — labore — non carere? quid g. quam tanta ignominia affectum non — latere 2, 12, 3. (quo loco vel accusativi cum inf. coniuncti structuram interpretari possumus).
magis **insigne**: v. decorum 1, 17, 4.

iucundius: v. felicius P 86, 10.
*quid enim i. quam — dicere 6, 2, 3 . . . quam inspicere 6, 36, 1. quo sit tibi i. salutari 7, 3, 3.
laudabilius: quod: P 83, 10. si: P 84, 15. inf.: Val. Max. 5, 1.
maius: 3, 16, 6 (tres inf.) P 56, 1 (magnum).
melius: 9, 34, 2 (3 inf.).
minus: P 88, 25: m. est enim imperatorem — quam omnibus imperatoribus — esse meliorem.
minus **mirum**: si 2, 19, 4.
miserius: v. gravius. 2, 12, 3.
modestius: v. amantius 8, 21, 5.
minus **oratorium**: non m. o. esse tacere quam dicere 7, 6, 7.
parum **providum**: 2, 10, 5.
pulchrius: p. fuerit genuisse talem an elegisse P 89, 13. malos principes rectius pulchriusque est — odisse P 90, 20.
ut: 8, 6, 6.
rectius: v. beatius 7, 15, 1. pulchrius P 90, 20. quod nescisse rectius fuerit 3, 3, 6.
reverentius, **simplicius**: v. amantius 8, 21, 5.
turpius: t. gratiam non referre 8, 12, 2.
Cic. Lael. 26, 99. cf. ibid. 21, 77.
tutius: 3, 19, 4. v. favorabilius 5, 13, 3.
utilius: quid u. fuit quam — stilo prosequi 1, 8, 8. X, 39, 6.
minus utile: (absol.) 3, 19, 2 v. voluptuosum.
magis utile c. inf.: Gell. 4, 1, 19.

γ) gradus superlativus.

aequissimum: absol. 5, 1, 4.
convenientissimum: v. civile P 87, 14. c. videtur demonstrare (vel: — i) X, 41, 1.
dignissimum: negotia curare et disceptare — laude d. est 7, 15, 2.
gratissimum: quod: P 91, 20 („quod" melius ad „beneficia" refertur.)
ineptissimum: 4, 14, 8.

iucundissimum: *mihi autem sicut i. ipsum te tribunum (videre) ita non minus gratum alium per te videre 3, 8, 2.

i. est — amari, sed non minus amare P 85, 9.

laetissimum: l. oculis tuis esset conspectu impleri P 26, 15 (melius: AcI cum ellipsi „te“).

turpissimum: vinci — in amore t. est 4, 1, 5. quod mihi non facere t. est 4, 17, 1.

Pro Adiectivo usurpatur:

1) Pronomen vel Pronominale.

aliud est epistolam, aliud historiam, aliud amico, aliud omnibus scribere 6, 16, 22.

Magnificum est civibus iura, **quid** hostibus reddere? P 56, 11.

Dubium esse potest, utrum „quid“ et „magnificum“ iuxta aestimanda sint et copula supplenda, an „quid“ obiecti vicibus fungatur sicut „iura.“ Difficultas tollitur verbis sequentibus:

Speciosum certam fori pacem, quid immanes campos sella curuli victorisque vestigio premere, imminere minacibus ripis tutum quietumque, spernere — compescere P 56, 12.

quantulum est — conducere praeceptores et quod — (impenditur) adicere mercedibus 4, 13, 5.

quale quantumque sit ordinare statum 8, 24 7.

Magnificum et **tuum est**. v. p. 9 et 18.

2) Adverbium.

Kuehner l. l. II p. 7 verbum „esse“ copulae partes agere non recte negat; similiter Menge l. l. no. 5, annot. 1 docet „esse“ „verbi substantivi“ loco (ap. Kuehnerum „verbi concreti“) usurpatum cum adverbiis coniungi posse. Rectissime Draeger l. l. I p. 195 iudicat. Idem Graecae linguae usum ad hanc dicendi consuetudinem creandam valuisse negat; Mueller p. 618 (C. F. W. Mueller Adverbia bei „esse“. Philol. IX p. 617—626) censet eiusmodi locutionum originem a breviloquentia repetendam esse.

Exempla exstant apud Plinium haec:

abunde: ut a. sit alterum efficere 5, 8, 7. tibi a. satis est cum inf.: Hor. Sat. 1, 2, 59. Sen. ep. 95, 6: ad beatam vitam praecepta abunde sunt.

cf. Mueller l. l. p. 620.

parum: Tamquam p. esset excipere P 92, 33.

satis: prosequi s. est 3, 10, 3. mihi s. est certare mecum 6, 33, 1.

cf.: s. tibi nimiumque, cum successeris P 51, 30. abs.: 5, 8, 3.

satius: s. est enim . . otiosum esse quam nihil agere 1, 9, 8. 1, 10, 11. 1, 20, 23. 6, 14, 2. *7, 29, 4. *9, 29, 1. P 58, 16 (bis).

in omnibus his exemplis inf. praes. sat erat: Ter. Phorm. 5, 2, 3.

satius visum est — impugnare Liv. 3, 70, 4.

2. Praedicatum est verbum impersonale.

Dr. II p. 350. Kuehner II p. 493g. Schmalz p. 286 cf. 281. Strotkoetter p. 25. Eidenschink p. 23. Barth p. 57.

concurrit: personaliter tantum: 4, 15, 6. A Krautio v. d. l. l. p. 31 inter verba impersonalia citatur „concurrit, ut 4, 15, 6. Sed „Asinius Bassus" huius verbi subiectum est, et unum quod sciam exstat exemplum, ubi „concurrit" impersonaliter usurpatur: Cic. pro Planc. 32, 78: „saepe concurrit, ut eodem tempore in omnes verear ne possim gratus videri."

Cum e „congruens est" infinitivum pendere supra (p. 17) viderimus, „congruit, ut" invenimus 7, 2, 1. Tac. hist. 1, 7, 1.

personal.: 2, 20, 5. P 65, 13.

contingit: videre, alloqui, audire, complecti, nec laudare tantum verum etiam amare contingit 1, 16. 9. 4, 1, 7. inf. suppl.: 4, 1, 7. 6, 17, 1. 6, 26. 3 (mihi) 7, 26, 3. 8, 6, 7 (bis) 8, 11, 3 (non c. tibi) X, 17, 2 (mihi). P 34, 17. 58, 13. 92, 12. contigit facies c. inf. v. facies p. 11.

V. Draeg. II, 356: pro Archia III, 4 („si lectio vera est" Lagergren p. 163). adde: Quintil. 12, 1, 3. ut: P 21, 18.

contingo (personal. usurp.):

1) subiectum est persona: 1, 14, 6. 3, 3, 1. 7, 33, 2. P 6, 22. 14, 5. (tu) 15, 15. (tu) 24, 24 sine dativo. 32, 25 sine dat. 59, 17.

2) res:

a) substantivum: 1, 20, 18. 5, 20, 5. 7, 6, 1. 7, 33, 9. 8, 13, 2. X, 108, 2. P 1, 19. 4, 14. 37, 2. 71, 12.

b) pronomen vel pronominale: 1, 10, 10. 4, 5, 2. 4, 8, 6. 8, 21, 4. 10, 1, 2 (omnia). P 55, 14.

duae res, duae personae: 6, 23, 5.

convenit: Dr. II p. 351.

nec fidei nostrae nec . . convenit adesse 1, 7, 2. 2, 6, 6. 5, 1, 3 (moribus). 7, 24, 4 (principi); inf. suppl. 2, 11, 2 (fidei nostrae).

Ter. Eun. 3, 2, 41. Lucr. 3, 56. 2, 582. 3, 685. 6, 703. Hor. A. P. 226. Vell. 1, 3, 2. Quintil. 7, 3, 9. 11, 3, 144. Plin. 18, 12, 33. 6, 23, 26.

absol.: 6, 5, 7. 9, 10, 1. quam bene cum titulo isto moribus tuis convenit! P 47, 29.

pers.: 6, 27, 4.

decet: Dr. II. 351. utrum nudus inf. an accus. c inf. coni. exstet, saepe statui non potest.

Accus. personae invenitur: illum esse ducem, me comitem decet 1, 5, 10. 1, 8, 2. 1, 8, 12. 6, 12, 1. 6, 29, 11 (fecisse). 8, 14, 21. X, 112, 3. P 45, 26. 59, 21. 78, 2. 9, 21, 4. inf. suppl.: P 38, 12. 11, 25.

accus. pers. deest: 3, 13, 4. 4, 23, 2 (inf. suppl.).

person.: potestas decet P 4, 6. 7, 24, 9 (Quadratus). P 83, 27 (hoc). cf. 1, 21, 2: decentes esse servos.

delectat: Dr. II, 351.

ita enim delectat emisse 1, 24, 2. v. Georges. lex.

evenit: pers.: idem — evenit tibi 1, 4, 3.

expedit: Dr. II, 355.

utrum magis expediat civibus tuis debere tibi an praestitisse P 60, 22. Liberos tollere libeat, expediat P 26, 5. abs.: e. optantibus P 67, 5.

Adde Draegero: Terent. Heautont. 2. 4. 8. Quintil. 6. 4, 16. Hor. c. 2, 8, 9.

ut: v. Dr. II, 273 et Georges. lex.

inde est, quod 7, 5, 1. P 15, 12.

interest: Dr. II, 355. Cauer gr. mil. p. 84. Kuehner II, 2 praef. p. IV. Apud Vitruv. deest. cuius interest . . morbo liberari 5, 21, 2. cuius interest . . non peierari P 65, 6.

iuvat: Dr. II, 351

cum quibus iuvet dicere 2, 14, 2. quid didicisse iuvit 8, 14, 8. P 35, 22. 36, 21. 52, 4 (3 inf. praes. act.).

hoc iuvat me, te 9, 24, 1.

Adde Draegero:

Tibull. 1, 1, 45 (inf. praes.) et 47 (inf. perf.). Propert. 1, 4, 12 (praes.). 2 (3). 13, 11 (2 perf.) Rothstein in dubio relinquit utrum hi infinitivi perfecti praesentium loco usurpentur necne. 3 (4). 5, 21 (2 praes.). Ovid. met. 7, 858. 13, 965. Pers. 2, 62. Quintil. 11, 3, 32.

libet: Dr. II, 352.

nihil legere, nihil scribere aut assidenti vacat aut anxio libet 1, 22, 1. 2, 10, 6. 5, 6, 41 (inf. suppl.) 5, 17, 4 (inf. suppl.) 6, 10, 2. 8, 14, 10 (bis.) nobis venari nec vacat nec libet 9, 16, 1. 9, 19, 5 (inf. suppl.) 9, 36, 1 (inf. suppl.) P 68, 2. cf. quantas libet — curas distinguit 7, 9, 9. aliud non liberet 9, 10, 2. absol.: (7, 9, 9), 5. 6, 41.

cf. Plin. ep. 1, 22, 11 „aut vacat — aut libet" et 9, 16, 1 „nec vacat — nec libet" cum Quintiliani 1. 12. 12: vel non vacabit vel non libebit.

licet: Dr. II, 353. 303.

additur dativus personae: 1, 10, 9. 1, 17, 1. 2, 16, 4. 3, 12, 2. licere senatui, sicut licet, mitigare leges et intendere 4, 9. 17. quando mihi licebit, quando per aetatem honestum erit, imitari 4, 23. 4. 5, 20. 2. 6, 5, 1. 6, 21, 6. 6, 29, 11. 6, 31, 12. 7, 11, 7. 8, 15, 2. P 36, 14. 51, 12. 75, 25. 53, 1 (inf. pass. et inf. act.).

deest dativus personae: 1, 10, 9 (inf. suppl.) 7, 9, 3 (duo inf.) 8, 11, 2: dixisse. 8, 12, 5. 9, 21, 3. P 26, 5. 36, 5 (bis) 46, 11 (inf. suppl.) 59, 13. 93, 24: licet enim, quantum ad principem, licet tales consules agere, quales ante principes erant.

In quibus exemplis neque dativus qui dicitur praedicativus neque accusativus exstat.

Cf.: angor — non et mihi licere, quae concupisco 2, 8, 2. ne quid illi in mores tuos liceat 7, 1, 1. idem consuli non l. P 65, 2. nihil l. P 55, 4. 65, 30. quantum licitum est per aetatem 3, 11, 5.

Apud Vitruvium „licet" = man kann, exceptis duobus locis 20, 18 et 52, 8. Copiose de hoc verbo disseruit Emory B. Lease, Archiv XI p. 9—26. (Cf. Neue-Wagner l. l. III³ 661. Archiv XI p. 10 annot.)

Locus Plinii a L. citatus (p. 10) ep. 3, 11, 5 (est enim: quantum licitum est per aetatem) notabile quidquam habere non videtnr. „Ut" e „licet" apud bonos prosae latinitatis scriptores non pendere nisi Cic. Mur. 4, 8 docemur p. 11 (neque enim iam mihi licet neque est integrum, ut), ubi conferre iubemur Cic. Tusc. 5, 62 (ut abire liceret); qua de causa is locus adhibeatur non intellegere me confiteor.

p. 12: fieri (scheint den Alten ein Zwitterding zu sein) primum invenitur Corn. 3, 2, 2; infinitivus vere passivus Corn. 1, 14, 24, apud Ciceronem Phil. 2, 2, 4.

p. 13 sqq. vir doctiss. hunc nobis offert indicem: inveniri infinitivos pass. e „licet" pendentes

apud	Ciceronem	50,	activ. 500	apud	Plin. min.	1
„	Livium	8,	„ 123	„	Gellium	1
„	Senec. phil.	1,	„ 200	„	Apul.	1.
„	Quintil.	1,	„ 80			

Cf. ibid. p. 17 inf. Schmalz § 150 ann. 2.

Adde Draegero: Ennius ap. Macrob. 6, 2.

obest: Dr. II p. 354.

nihil offuerit quae legeris — quasi aemulum scribere lectisque conferre ac — pensitare 7, 9, 3.

negative tantum usurpari videtur.

Adde Draegero, qui ter hoc verbum inveniri dicit, extra hunc locum Plinianum: Quintil. 12, 8, 7.

oportet: Dr. II p. 354.

o. . . . pudenda vitare 5, 13, 9. 6, 14, 2. 7, 18, 5. de quibus cognosci oportebit X, 30, 1 (Traian.):

De inf. perf. pass. ex „oportebat" pendente v. sub B.

Cf. Caes. b. c. 3, 95, 1: nullum spatium — dare oportere existimans.

opus est = es ist nötig, cum inf. ap. Plin. non exstat.

pertinet: Dr. II p. 355 sq.

p. ad profectum tuum — discere —, simul ita institui 8, 13, 1. ad laudem — pertinere — exornari X, 13. ad diligentiam — pertinet inquirere X, 38, 1.

nunquam negative, semper additur „ad aliquam rem."

placet: Dr. II p. 352.

Placuit — referri de eo 2, 11, 24. 2, 19, 9. 3, 9, 12. 3, 10, 4 (inf. suppl.) 4, 7, 1 (ei) bis. 4, 13, 5 (vobis) 6, 16, 17 (duo inf.) 7, 4, 8: placuit — unum — volumen absolvere, nec poenitet. X, 61, 4 (3 inf.) P 45, 8 (tibi). 81, 20. 25, 17. quod placuit P 76, 9.

Addenda Draegero: Cic. Tusc. 1, 4, 7. ep. fam. 9, 15, 3. Vitr. 104, 2. Sen. contr. 1, 1 praef. § 23. Vopisc. Aurel. 49, 1. Primum: Claud. Quadrig. ann. 3 frg. 41 Peter.

poenitet: Dr. II p. 350.

nihil audio quod audisse, nihil dico quod dixisse poeniteat 1, 9, 5. et vidisse poenituit 6, 10, 2.

utroque loco verus inf. perf. exstare videtur. placuit — absolvere nec poenituit 7, 8, 4. Accus. personae non invenitur.

Cf. P. Langen: Beiträge zur Kritik des Plautus p. 248 (I. Brix. Annall. Fleckeisen. 123 p. 46): „me paenitet“ apud Plautum nondum = ich bereue.

prodest: Dr. II p. 354.

desisse non prosit X, 96, 2. prodest bonos esse. cum sit satis abundeque, si non nocet. P 44, 12.

si: non profuturum ei, si donassem, profuturum, si cessissem 5. 1. 3.

Adde Draegero: Ovid. met. 13. 935. fast. 2. 415 (inf. perf. suppl.).

pudet: Dr. II p. 343.

P. referre 2, 14, 12. 2, 15, 2. 3, 9, 5 (quem non) 7, 24, 7 (me dixisse) 8, 6, 15 (nec puduit).

refert: Dr. II p. 355.

quem insignire exempli nihil. non insignire humanitatis plurimum refert 8, 22, 4. Adde Draegero: Ter. Phorm. 4. 3. 41. — hoc verbum invenitur praeterea:

1) cum quaestione obliqua: 1, 18, 2. 1, 23, 1. 2, 6, 1. 2, 20, 1. 3, 2, 2. 3, 19, 3. 5, 8, 11. 6. 29, 2. 9, 26. 5. X. 30. 1. X, 118, 1.

2) cum quaestione disiunctiva: paulum r. 8. 14. 13. quantulum r. P 8. 17. nihil r. P 40. 20.

3) absol.: nihil r. 8, 14, 12.

succurrit: Dr. II p. 353.

fingenti formantique mihi principem — nunquam voto saltem concipere s. similem huic P 4, 7.

person.: 1, 12, 13. 3. 9. 28. 3, 14, 6.

occurrit: a Plinio c. inf. non coniungitur. nihil o. 9, 39, 5. humor o. 2, 17, 25. aliud ex alio mihi occurrit P 18, 19. occursu visuque terribilis P 48, 20

occursus 1, 10, 7.

ad animum o. seq. AcI: Caes. b. g. 7, 85. 2.

sufficit: Dr. II p. 357. 422.

nihil quod non semel spectasse sufficiat 9. 6, 1. mihi sufficiat indicari X, 40, 1.

Cf.: 1, 11. 1. 1, 24. 4. 6. 23. 4. P 77, 21. 79. 15. 83, 23. sufficis mandanti P 80. 2.

superest: Dr. II p. 357. inf. ap. Plin. non invenitur.

Addenda Draegero: Quintil. 4, 4. 4. 6, 1, 32. 7, 2, 16. 12, 10, 1.

nihil ad augendum fastigium s. P 71, 17.

cf. 5, 21, 4. ea (neutr. plur.) 1, 10, 12.

quod superest = ceterum: 2, 18, 3. 3, 10, 5. 5, 11. 3.

vacat: Dr. II p. 353.

1, 22, 11 (v. libet.) Nobis venari nec vacat nec libet — non vacat, quia . ., non libet, quia 9, 16, 1.

tibi vacaturum. quod vulgo dicitur, librum legere 8. 15, 1.

nunquam — vacat Romae aut commodum est audire 3. 18. 4.

cf. corpori vacare 1, 9, 4. alicui 7, 6, 10. 7, 33, 4. personal.: X, 71. (Traian.) cui vacat: 1, 10, 11. inf. suppl. 3, 18, 4.

Addenda Draegero: Vell. Pat. 1, 15, 1. 2, 124, 1. Val. Max. 5, 2, 1. Quintil. 10, 1, 58. Sil. 17, 378. Ovid. trist. 2, 216. met. 5, 334.

3. Praedicatum est persona tertia num. sing. vbi passivi.

Schmalz p. 286. Dr. p. 456 sqq.

conceditur: Dr. II p. 330.

poetis concessum est furere. 7, 4, 10. * navigare — natare concessum 8, 8, 6. concessum est eranum habere X, 93. (Traian.)

Addenda Draegero: Caes. 6, 20, 3. Cic. de inv. 2, 15, 49. Brutus 11, 42. orat. 45, 152. ad Att. 8, 15, 3. Tuscul. 4, 31, 66. 2, 23, 55. 5, 10, 31. Quinct. 15, 30. leg. agr. 2, 54. Vitruv. 10, 21. Hor. ep. 1, 5, 12. Suet. Nero 12 fin. Quintil. 2, 17, 27. 6, 3, 28. 8, 3, 30. 8, 6, 76. 11, 3, 150. 12, 1, 37. 42. 12, 3, 8.

datur: Dr. II, 367.

quantum — mihi cernere datur 1, 10, 5. 3, 1, 1 (datum). 3, 7, 14 (inf. suppl.). 8, 4, 4 (tres inf.). 8, 20, 1. P 29, 22 (cernere datur). P 50, 7. 51, 13 (dabitur cernere). 79, 19 (dabitur). 6, 16, 3 quibus datum est. Cf. 7, 19, 7: quod paucis datum est. ut: fuit — fratribus — quasi fato datum, ut divites fierent. 8, 18, 5.

ne: dandum precibus uxoris, dandum filiae lacrimis, dandum etiam nobis amicis, ne spes nostras — desereret 1, 22, 9.

Lagergren l. l. p. 163 et Kraut l. l. p. 33 particulam „ne“ e „dandum“ pendentem faciunt; mihi videtur sententia particula „ne“ inchoata mere finalis esse. Cf. Bursian 1890 p. 248.

Addenda Draegero: Quintil. 10, 7, 22. Tac. ann. 3, 67, 10. Terentian. 1780. Mar. Vict. p. 35, 19. 49, 32. 97, 13. 105, 33. Rufin. 562, 17. Lactant. 1, 72: datur intellegi. Vitruv. 180, 23. ut: Tac. ann. 2. 53, 11. Liv. 7, 38, 4.

ne: Tac. ann. 3, 23, 12: Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum ne bona publicarentur. Hoc loco cum „ne“ ex „datum“ pendere appareat — videtur hic modus dicendi a breviloquentia profectus esse — atque Plinii sermo Taciteo similis sit, etiam in exemplo Pliniano quod supra laudavi hanc structuram exstare concedo.

denegatur: nobis denegatur diu vivere 3, 7, 14. alterum exemplum non inveni.

destinatur: Dr. II p. 314.

destinatum est — mihi — pati 9, 13, 5.

negatur: si solvere negatur 2, 8, 2. disponere apte, figurare varie nisi eruditis negatum est 3, 13, 3. quibus (queri) negatum est P 12, 20. hoc n. P 94, 23.

obstinatur: * obstinatum enim tibi non suscipere imperium P 5, 6. alterum exemplum non inveni. cf. Liv. 42, 65.

permittitur: Dr. II, 330.

ut sibi instituere nundinas — permitteretur 5, 4, 1. similiter 6, 31, 10. sine dat.: 5, 9, 4. permissum est cum dativo et infinitivo X, 79, 3. 5. 114, 1.

Sen. benef. 4, 12. Plin. 4, 14, 28. Tac. ann. 4, 48, 3.

permisso ut Liv. 6, 25, 5. Curt. 8, 12 (42), 6.

proponitur: (Dr. II p. 314).

propositum est enim mihi principem laudare P 56, 12. cf. X, 82, 1. idem utrique propositum P 84, 4. Adde lexico Georges.: ut: Cic. Brut. 92, 318.

videtur: Dr. II p. 352.

*tum demum oppido excedere visum 6, 20, 7. mihi visum est pretium operae quaerere 8, 6, 2. *mandant rogantque quod visum 8. 16, 2. *sed hoc pluribus visum 2, 12, 5.

B. Accusativus cum infinitivo coniunctus.

De huius structurae vi atque origine quae viri docti disputaverint enarrare mihi videtur longum. postquam hisce diebus libellus mihi in manus venit, quo haec quaestio difficillima simpliciter atque eleganter mea quidem sententia soluta est: Kritische Gänge auf dem Gebiete der neueren lat. Grammatik von Karl Schütz, Heidelberg 1901. 30 p.

Atque docet vir doctissimus l. l. p. 8 sq. (secundum Madvigii gramm. § 222 annot. 1):

„Der Accusativ ist im Lat. nicht nur der Kasus für das directe Obiect, er enthält auch das Nomen an sich, das Nomen absolutum, infinitum, ganz so, wie der Infinit. das Verbum an sich, in absoluter Form ist. Das ist sogar die ursprüngliche Bedeutung des Accusativs, von welcher aus er erst in die des directen Obiects überging. Indem so der Accusativ der dem Infinitiv entsprechende Kasus ist, findet er bei dem mit dem Infinitiv verbundenen Prädicatsnomen seine Anwendung dann, wenn dieses mit dem Infinitiv zusammen einen Begriff, einen Satzteil ausmacht und sonst keine besondere Beziehung zu einem anderen Worte im Satze hat. König regem, rex = der König, klugsein = prudentem esse, zum Konsul gewählt werden = consulem creari, für treu gehalten werden = fidelem putari etc.

Daraus folgt: Wenn der das Subiect bildende Infinitiv selbst ein Subiect erhält, so steht dieses im Accusativ, und so entsteht die Konstruktion des Accusativ c. Infinitiv." . . . cf. Cauer l. l. p. 74.

Hac in explicatione acquiesci posse puto, qua simplicior, clarior, ad fidem faciendam aptior exstat nulla. Atque esse accusativum „casum absolutum" mihi quidem probari videtur eo, quod in linguis romanis accusativum esse casum fundamentalem q. d. negat nemo; infinitivum porro esse modum verbi absolutum, ex infinitivi q. d. historici vel descriptivi nec non infinitivi in exclamatione positi vi ac natura elucet. —

Iam pergamus ad accusativi cum infinitivo coniuncti usum Plinianum. cf. Schütz l. l. p. 14 inf. et p. 15 sup.

1. Praedicatum est verbum copulativum cum nomine quodam coniunctum.

a. nomen substantivum.

α) meri subiecti loco infin.

fas: Dr. II p. 427.

singulos — dissentire fas esse 6, 13, 4. an fas erat nihil differre inter . . P 5, 22. nec fas esse ut: Iustin. 13, 2, 9.

De enuntiatis a „quod" vel „ut" particulis incipientibus, quae loco accusativi cum inf. coniuncti ponuntur, v. Schütz p. 15 et Cauer l. l. p. 48.

gloria: ap. Plin. AcI. non invenitur.

Exemplum parataxis q. d.[20]): quae praecipue tua gloria est, saepius vincitur fiscus. P 36, 8.

ratio: AcI. non exstat ap. Plin. Dr. II p. 429. quod: P 60, 22.

Cic. rep. 1, 16, 25. locutionem „ratio constat" Plinius in deliciis habuit: 1, 5, 16. 1, 9, 1, 3, 8, 10. 7, 6, 4. 9, 2, 5. P 38, 27. Tacit. ann. 1, 6 fin. Iustin. praef. 5. ut: Cic. rep. 5, 5, 7.

spes: Dr. II p. 430.

*certaque spes omnes — aggressuros opus X, 41, 2.

ut (ap. Draeger.?): Auson. idyll. 2, 46. cf. Tac. ann. 16, 26, 8. Cic. off. 2, 3, 10. Lael. 19, 68.

Adde Draegero: Plaut. Stich. 1, 1, 22. Epid. 3, 1, 11. Auct. ad Herenn. 2, 17.

spem facere cum AcI: Suet. Tib. 24, 28.

summa: deest apud Draeger.

*summa defensionis, non fidem sibi in advocatione, sed constantiam defuisse; descendisse . . visum . . recessisse; . . monitum . . passurum. 5, 13, 2.

cf. hanc fuisse summam culpae — quod essent soliti — convenire X, 96, 7. ut: P 74, 5. si: P 36, 14.

tempus: Dr. II, 430: raro, sed omnibus temp.

T. est te revisere molestias nostras. 7, 3, 3.

Genetivus q. d. characteristicus:

rationis: r. est aquam contegi X, 99 (Traian.) cum inf.: Colum. 3, 5, 3 (minime est r.). absol.: Cic. Brut. 74, 258.

Huc adde: exigi opera tibi curae sit X, 40, 1 (Traian). has — in vulgus exire et — prodi cum ex utilitate tum ex dignitate publica fuit P 75, 19.

β) Epexegetice magis AcI exstat vel appositionis locum tenet:

1) ad substantivum, cui saepe additur pronomen demonstrativum:

huius quidem dicendi modi exempla apud Plinium non exstant, sed inseri huc possunt hi loci:

cum tristissimo nuntio, destinasse Corellium mori 1, 12, 9.

AcI e substantivo pendere non est latinum. V. Menge no. 434; sed apud ipsum Ciceronem haec structura invenitur: cogitatio Tusc. 3, 16, 34. indicatio Tusc. 4, 11, 26. opinio pro Sest. 41, 89. promissio de orat. 2, 83, 339. spes ep. fam. 7, 28, 3. apud Sallustium: diffidentia Iug. 100, 4. persuasio Suet. Tib. 69, 17.

Adde Mengeio: Liv. 6, 9, 9. 34, 24, 7. 40, 31, 6.

Cum hoc sibi civium meorum spondere possit vel non admonita persuasio me securitatem omnium quieti meae praetulisse X, 58, 7 (Nerva). p. est primum apud Plin. N. H. 25, 2, 3. 30, 115. Suet. Tib. 69, 17.

persuasio est, ut: haec p. superbissimis dominis erat, ut sibi viderentur P 63, 30.

patere hoc me super cetera habere amoris tui pignus, ut norim 8, 4, 7.

cum propositum meum nosses non ex metu . . . reverentiam nomini meo acquiri X, 82, 1 (Traian.).

contra: non habeo propositum illum reprehendendi sed hunc tuendi 9, 19, 7.

nullum (scelus) atrocius videbatur, quam quod — reo iudex manus intulisset 9, 13, 2.

Deberi — operi hanc venerationem, ut novissimum esset. P 10, 18. haec natura est, ut — velit 6, 14, 2. hanc esse praecipuam laudem, si decernerem 6, 27, 2.

hic esset usus . . ut 8, 6, 3.

ea vis, ut P 91, 23.

in ea consuetudine . . ut X, 20.

2) ad solum pronomen demonstrativum.

***Hoc ipsum** pulchrum et antiquum, senatum nocte dirimi, triduo vocari, triduo contineri 2, 11, 18.

illud . . peracerbum fuit, quod 6, 5, 6.
*illud in principatu beatissimum, quod nihil cogitur P 6, 18.
indulgentia Caesaris cuius hoc est, ut conservet P 69, 31.
illud vero deerat, ut 8, 6, 9.
*superbum istud et regium, nisi adoptes P 7, 26. si: 8, 1, 2.

illud haereat nobis quam paucissimos avocandos esse X, 20 (Traian.) cf. quam parce haec beneficia tribuam haeret tibi X, 95 (Traian.). haereat animo tuo gaudium P 75, 4.

de huius verbi in translationibus apud Suetonium usu v. Freund l. l. p. 28, IV.

Huc inseri potest: Ibit in saecula principem fuisse P 54, 10, si „illud" vel „hoc" mente suppletur. cf. verba impersonalia.

b. nomen adiectivum (gen. neutr.).

v. Schütz p. 14 inf. et p. 15 sup. Dr. II p. 423 sq.

α. gradus positivus.

acerbum: *quam triste hoc ipsi, quam a. mihi, si is — inhabilis studiis fuerit 8, 1, 2.

aequum: Dr. II, 423, 3 a.

a. erat te . . . consilia cognoscere 1, 5, 3. 5, 10, 3. 9, 28, 3. P 45, 1. 59, 11. 77, 21.

quaestio obl.: 1, 24, 2.

nec dativus personae nec inf. pass. apud Plinium invenitur.

Adde Draegero: Enn. ap. Diom. 1.

alienum: non a. fuit iudicio tuo tradi (ea quae) 2, 5, 2.

In Georges. lex. s. v. affertur locus Valer. Max.

antiquum: hoc ipsum pulchrum et a. senatum — dirimi 2, 11, 18. v. pag. 30. quam antiquum, quam consulare, quod senatus — sedit P 76, 6.

cf. antiquissimum ratus — facere Liv. 1, 32, 2. nihil antiquius oppugnatione ratus Liv. 9, 31, 3.

certum: Dr. II, 423, 3 a.

quia c. est, Regulum esse facturum 4, 2, 8. (de copula „esse" v. annot. 11). P 58, 6.

congruens: c. erat eandem immunitatem parentes obtinere P 38, 1.

consulare: v. antiquum P 76, 6.

contrarium: nihil est tam contrarium, quam si 7, 6, 3.

credibile: Dr. II p. 424, b: inde a Ciceron. tempor. invenitur.

c. videbatur voluisse exire (eum) 3, 9, 5. ut (eas) esse c. est. 4, 28, 1. 6, 18, 3. 7, 2, 2. non est c. utrumque falli 8, 3, 2.

c. erat neminem hoc ausum X, 31, 5. Quintil. 5, 6, 2. 5, 10, 19. 6, 2, 31. 7, 2, 42.

difficile: d. est ut mihi credas 4, 15, 7. 7, 17, 6. AcI apud Manilium exstat.

dignum: mihi — illud gratulatione d. videtur, quod — successi 4, 8, 5.
*hoc quoque non **dissimile** quod 9, 6, 1.

dubium: Dr. II p. 389.
num ergo d. est — omnia sentire eos 8, 14, 20.
ut sit nemini dubium hanc — causam fuisse P 61, 11.
utroque loco d. negative usurpatum.
ut: an d. est ut dare posset imperium imperator P 8, 3.
an: quam d. est an 7, 10, 3.
quaestio disiunctiva: 4, 11, 8. 6, 25, 4. Suet. Iul. 58, 31.
haud d. est quod Iuvenc. 2, 180.
cf. Neue Jahrb. 143 (1891) p. 220.
Vict. Vit. 3, 14 non dubitantes quod.
Adde Draegero: p. 389 sq.: Plaut. Mil. 3, 5, 9: an dubium tibi est eam esse hanc? Ter. Hec. 3, 1, 46.
Vitruv. 214, 20. Suet. Jul. 52, 7.

falsum est: Dr. II p. 424 b.
f. est, quod vulgo creditur, testamenta hominum speculum esse morum 8, 18, 1.

familiare: hoc — familiare, quod elegi 9, 34, 1.

gratum: Dr. II, 424 b.
quod: g. est utrique quod cupis 4, 1, 1. 6, 7, 2. P 23 in. (ter; verbum in modo coniunctivo pos.; — sequitur ter „gratius", quod c. coniunctivo).

incertum: quando: X, 67, 1. an: 7, 10, 3. quaestio disiunct.: 4, 11, 5.

incredibile: Dr., 424 b.
*incredibile, tam verum tamen quam priora, delphinum . . . extrahi solitum harenisque siccatum — in mare revolvi 9, 33, 8.
Iustin. 1, 10, 12. 20, 4, 7. 32, 1, 8.
quaestio obl.: Cic. Att. 13, 23, 3.

indignum: inde a Ciceron.
*i. ei visum ab homine peti quod P 39, 22.
Iustin. 6, 1, 6. 7, 5, 7. 30, 3, 9. Cic. Quinct. 95. Sall. Iug. 79, 1.
si: P 2, 16. 77, 23.
illud i. quod: P 54, 14.

ignotum: si non fuerit i. amicos meos non gerere tantum tribunatus posse verum etiam dare 3, 8, 3.
alterum exemplum non inveni.

iniquum: Dr., 424 b.
est i. sed usu receptum, quod — consilia vel probantur vel reprehenduntur 5, 9, 7.
infinit: Plaut. capt. 59.
ut (Dr. II p. 277): Salvianus adv. avar. 3, 4, 17.
receptum est c. inf.: Terentianus 22. 57. (Werth p. 349.)[21])
insigne: erit rarum et insigne duos homines — studia fovisse 7, 20, 3.
alterum exemplum non inveni.

cf. illud vero quam insigne, quod P 92, 30.
insignis — anteire Sil. 16, 561.

iucundum: quam (patria) mihi a quocunque excoli iucundum, a te vero laetissimum est 5, 11, 2.
alterum exemplum non inveni.
quod: 7, 8, 1.
si: 7, 33, 3.

laetum: quam l. tibi, quod — vinceris P 89, 7.

luctuosum videtur, quod 4, 21, 1 et 5, 21, 3.

magnum: quam m. est unum — laetari — certare — contendere — ita esse P 13, 23.
alterum exemplum non inveni. si: P 9, 19.

manifestum: Dr. 424 b.
m. est ei consilium — non subitum fuisse 3, 16, 9. 8, 14, 20. ut m. sit illis electum te esse X, 18, 2 (Traian.). m. est nec prudentiam nec diligentiam tibi defuisse X, 62 (Traian.). P 21, 23. 46, 3. 53, 10. 75, 22.
Plin. n. h. 2, 16, 13. Iustin. 6, 8, 3.

mirum: Dr. 424 b.
ita mirum (videbatur) pudorem damnationis morte fugisse quem non puduisset 3, 9, 5. Iustin. 6, 8, 3.
mirum videretur si P 31, 13. 91, 24.
cf. Menge l. l. no. 438, 6.
minus m. quod: P 55, 1.
ut: Tac. hist. 1, 79, 9 (m. dictu).
ut = wie: 1. 6, 2. 7, 9, 13.
quam (quantopere): 1, 9, 1. 4, 7, 1. 1, 17, 3 (qua religione). 9, 13, 18 (qua intentione).
minime m., si Cic. de orat. 2, 13, 55.
quid m., si Cic. de sen. 11, 35.
„id quoque mirum“ in parenthesi 9, 33, 7.

multum: m. est quod perseverasti, plus tamen quod P 14, 14.

necessarium: n. est mitti — aquilegem X, 37, 3.
cf. Caes b. c. 3, 11, 1. Plin. 3, 46.
ut: Cic. part. orat. 31.

necesse: omnibus temporibus. illum damnari — n. erat 6, 31, 6.
multa n. est perturbari X, 115 (Traian.).
absol.: 1, 20, 8.
nudus coniunctivus: 2, 1, 10. 3, 3, 1. 4, 12, 7. 4, 15, 2. 4, 17, 8. 8, 10, 2.

notum: suscepisse me notum est 6, 6, 9.
quaestio obl.: 5, 3, 4.

novum: hoc a Maurico n. non est 4, 22, 4.

peracerbum: illud p. quod 6, 5, 6. de huius adiectivi significatione cf. Consoli, de C. Plinii rhetoricis studiis. Catinae 1897. p. 108.

pergratum est mihi quod 3, 5, 1.

periucundum est mihi quod 7, 7, 1.

permirum: apud Ciceron. illud permirum videbatur eum — coactum esse dividere — hunc — numerari 8, 14, 15.

probatum: cupio enim et tibi probatum et — excusatum esse quod me — secerno 7, 11, 2.

Pulchrum: Dr. 424 b.

v. antiquum 2, 11, 18. quod: v. venerabile 4, 3, 1. P 92, 1.

regium: superbum istud et r. nisi adoptes P 7, 26.

senatorium: quid tam civile, tam s. quam illud additum a nobis optimi cognomen P 2, 24.

subitum: v. temporarium P 91, 25.

superbum: v. regium P 7, 26.

temporarium: t. et subitum quod P 91, 25.

triste: tr. illud quod 5, 21, 2.

quam tr., si v. acerbum 8, 1, 2.

rarum: v. insigne 7, 20, 3.

speciosum: quam sp. est quod — refovisti P 18, 19.

cf. P 56, 12.

usu receptum: v. iniquum quod 5, 9, 7.

utile: Dr. II p. 424 b.

cum sit u. — benignitatem — illustrari 8, 6, 13.

venerabile: quod — consul fuisti, quod proconsul Asiae — quod — princeps civitatis, est quidem v. et pulchrum 4, 3, 1.

quod — attribuisti . ., quam pulchrum nobis P 92, 10.

raro enuntiatum a „quod" inchoans antecedit.

verum: cf. incredibile 9, 33, 8.

β. gradus comparativus.

admirabilius existimandum est quod P 84, 35.

minus **congruens**: quid — minus aut c. aut decorum, notatum a senatu in senatu sedere (5 infinitivi, in quibus unus gen. pass.). 2, 12, 4.

„notatum — sedere" etiam infinitivus esse potest; exemplum docet, quam facile et infinitivi constructio in accusativi c. inf. coni. structuram transeat et huius dicendi generis natura possit intellegi, si semel in casu accusativo nomen absolutum exstare cognovimus.

excusatius: ut sit e. quod librum extendimus 4, 5, 4.

facilius: ut: 8, 6, 17. P 44, 2. 87, 28.

gratius: quod (ter) v. gratum P 23 in.

gravius: v. miserius 2, 12, 3.

g. illud, quod 5, 5, 2.

laetius: *quid enim aut publice l. quam iuvenes nomen petere aut mihi optatius quam me — exemplar esse propositum 7, 11, 3.

laudabilius: (Inf.; Val. Max. 5, 1).

quod: P 83, 10. si: P 84, 15.

melius: Dr. II p. 424.

sit aliquanto melius — liberos — admitti X, 79, 3. Iustin. 6, 2, 6. 13, 2, 12.

minus mirum: illud nonne et magis terribile et non minus m. est, quod. 7, 27, 4. P 55, 1.

miserius: *quid enim m. quam exectum — labore — non carere? quid gravius quam — ignominia affectum non — latere, sed — conspiciendum se monstrandumque praebere? 2, 12, 3.

optatius: v. laetius 7, 11, 3.

Inf: Caes. b. c. 2, 32, 4. quam ut: Cic. fam. 1, 5a, 1.

reverentius: quae quidem r. fuerit reservari quam — perstringi P 25, 14. cf. 8, 21, 5.

Tac. Germ. 34, 12.

terribile, magis: v. minus mirum 7, 27, 4.

tolerabilius: t. fuit experimentum tui nobis quam usum negari P 79, 18. v. lexx.

tutius: Wentzel (Infin. apud Iustinum. Dissert. Rostoch. 1893) p. 14: „t. ratus credere etc. ..quam constructionem in lexicis Cic. et Caes. non inveni". Sed Caes. b. g. 3, 24, 2 legimus: tutius esse arbitrabantur — potiri.

utilius: sit u. unum esse P 32, 6.

γ. gradus superlativus.

aequissimum: quia a. erat commune crimen ab utroque defendi 2, 11, 9.
convenientissimum: inf. nudus. v. p. 21 s. v. X, 41, 1.
iniquissimum: i. esse querellas — excludi 9, 13, 15.
laetissimum: v. p. 22 s. v. P 26, 15. v. iucundum 5, 11, 2.
longissimum, si 5, 6, 42.

Pro adiectivo usurpatur:

1) Pronomen vel pronominale:

Nullum exstat ap. Plin. exemplum.

2) Adverbium:

abunde est, si satis expressi 4, 30, 11. 7, 2, 3. cum sit satis abundeque si non nocet P 49, 13.

parum: p. visum — esse curiam testem 8, 6, 14.

Liv. 38, 4, 9. Plin. 34, 28.

ut: P 60, 25 (ter). quod: Ter. Phorm. 546. Cic. Sest. 14, 32.

prope: ut: P 6, 20: p. est ut exclamem. Dr. II p. 267 hunc locum ignorat. p. est ut aliquid fiat = „muss" Papin. Dig. 35, 1, 67.

satis: quibus illum intellegi satis est X, 58, 7. (Edictum Nervae.)

satius: s. est et haec dici quam non dici necessaria. 6, 2, 8.

s. est itaque comparari ea — admonerique dominos X, 34, 2 (Traianus). v. lexx.

2. Praedicatum est verbum impersonale.

V. Schütz p. 14 inf. et p. 15 sup.

accidit res nova, ut P 39, 34.

apparet: Dr. II p. 419.

Adde Draegero: apud Vitruvium non exstat.

Ex his a. illum permulta dixisse, cum ederet omisisse 1, 20, 7. P 46, 30 (inf. perf. act.). 55, 18 (inf. praes. act.). dativus personae deest.

Terent. eun. 3, 2, 33. Cic. Phil. 2, 34, 84 („eum" suppl.). Nep. Att. 4, 1. Liv. 2, 31 fin: causa apparuit seq. AcI.

Constat: Dr. II p. 421. deest apud Vitruvium et in sermone vulgari, unde in linguis q. d. romanis hanc vocem non exstare apparet.

*C. autem codicillos istos — manu scriptos 2, 16, 2. nec heredem institui nec praecipere posse rempublicam c. 5, 7, 1. 6, 31, 7 (esse constabat.). 8, 20, 8 (3 inf.). quos satis c. — perstitisse X, 33, 2. c. — templa coepisse celebrari et sacra repeti pastumque venire X, 96, 10. 3, 9, 14. c. Octavium superfudisse unguentum, cuius illum (delphinum) novitatem odoremque — refugisse — visum maestum — mox ministeria repetisse 9, 33, 9 eas esse vexatas satis c. X, 18, 3. P 7, 27 (imperaturum fuisse). P 88, 29. Iustin. 32, 4, 10. cf. 25, 5, 3.

tanti constat ut sis disertissimus 2, 14, 6. tanti (tuum) c. P 20, 9.

convenit: Dr. II p. 421: inde a Livio. c. inter omnes nec libertatem deberi 4, 10, 2. Sueton. Iul. 9, 10 sq.: signum, quod ab eo dari convenerat, dedisse; convenisse autem Curio ait, ut togam de umero deiceret. cf. omnia — conveniunt 3, 1, 2. 6, 7, 4. P 47, 29.

absol.: 6, 5, 7. 9, 10, 1.

decet: Dr. II p. 419: omnibus temporibus cum AcI usurpatur.

ex quo nasci nepotes deceat 1, 14, 2. quam in ordinem cogi deceat 1, 23, 1. 7, 9, 11. P 7, 17. 70, 26. 94, 25. 9, 8, 2. X, 112, 3.

inf. suppl.: ut decebat optimum virum 1, 5, 9. ut decebat filiam tuam 6, 32, 1. abs.: ita ut filium decuit P 11, 25.

quamdiu decebat 4, 23, 2.

cf. quaedam non indecent 3, 1, 2 (iuvenes).

deest: id vero deerat, ut cum Pallante ageretur 8, 6, 9. in deliciis haec locutio apud rhetores aetatis q. d. argenteae.

delectat: *me delectat mandatum mihi officium (esse). 5, 14, 2. personalis quoque structura accipi potest.

interest: Dr. II p. 421: inde a Cicerone et Caesare.

quod (munusculum) esse quam fructuosissimum non illius magis i. quam mea 6, 3, 2.

non minus salubritatis quam decoris i. eam contegi X, 98, 2.

intererat vestra liberos — discere 4, 13, 14. quod: non i. quod — distributi sunt P 43, 5. X, 30, 2 (Traian.).

cf. Dr. II p. 230. Kuehner II, 2 praef. p. IV. Cauer l. l. p. 84.

ut: i. exempli ut vera videantur. 9, 13, 25.

Apud Vitruv. i. non invenitur.

cf. tantum interest inter P 91, 9. nihil interest inter P 20, 25. quaestio obl.: 1, 23, 5. 5, 1, 13 (an). 6, 24, 1. 7, 20, 6. P 21, 20. quaestio disiunctiva: P 60, 3. P 9, 28 (nihil).

iuvat: Dr. II p. 421 („apud Cic. solum").

Apud Plin.: quam i. provincias omnes — venisse P 32, 24. Tibull. 2, 3, 78: laxam quid iuvat esse togam?

Iustin.: 31, 8, 3.

quod: quam i. quod — incidi 8, 6, 17. quam me i. quod — abstinui 5, 13, 8.

iuvat me quod vigent studia 1, 13, 1. illud me i. quod adicis 7, 32, 2.

licet: AcI non exstat.

ut: 4, 8, 2. nihil l. P 55, 4.

liquet: Inde a Terentio (eun. 331) apud Cic., Val. Max., Senecam phil., deest apud Caesarem.

l. *mihi futurum ut — inchoes 5, 11, 3. P 1, 13 (inf. perf. pass.). P 6, 27 (duo inf. perf. act.). si inique exheredatum mihi liqueret 5, 1, 3.

quod ut tibi magis liqueat 2, 20, 4. absol.: 7, 6, 5.

Quaestio obl.: 2, 2, 1.

Ovid. trist. 1, 1, 62. Ulpian. dig. 29, 3, 2.

oportet: Dr. II p. 419: omnibus temp. Inf. praes. act.: cui assurgere, cui loco cedere omnis oporteret 1, 23, 2. 2, 18, 5. 4, 5, 4. 4, 12, 2. 4, 23, 2. 5, 12, 3. 7, 9, 1. 9, 28, 1. oportet illos contentos esse X, 40, 2 (Traian.). P 4, 4. 5, 20.

inf. praes. verbi depon.: 4, 21, 5. 6, 28, 3. inf. praes. verbi depon. et inf. perf. act.: 8, 24, 7: meminisse — interpretari. fieri: 4, 2, 8. X, 40, 1: quid oporteat f. circa (= de) theatrum (Traian.). P 80, 18.

inf. praes. pass.: 1, 5, 10. 6, 29, 8. 8, 14, 15. 8, 14, 21. 8, 14, 24 (duo). 9, 21, 4. hos oportebit — reddi — X, 32, 2 (Traian.). id dari a me non oportebit X, 109 (Traian.). (largitiones) retractari atque in irritum vindicari non oportet X, 111 (Traian.). quid rescribi oporteret X, 115 (Traian.).

P 46, 28 (duo). 90, 19. 40, 21.

imprimis artificiose constructum: omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem suam aut mortalitatem cogitare, et illos quidem contendere eniti, hos quiescere remitti nec brevem vitam caducis laboribus fatigare 9, 3, 2. v. p. 42. X, 60.

Nusquam igitur exstat apud Plinium post „oportebat", „oportuit", „oportuerat" etc. inf. perf. pass. Qua de re eleganter disputat Schmalz v. d. l. l. p. 296 sq.: inveniri inf. perf. pass. semper fere omissa forma „esse" atque explicari eam dicendi consuetudinem, quae apud Plautum, Terentium, Ciceronem nobis occurrat, vi attractionis ortam.

cf. Gregor. Turon. fulgur per caelum discucurrisse visum est. Sulp. Sev. Mart. 12, 3 videres miseros velut saxa riguisse.

Vitruv. 51, 9: abstrusam classem — cives in muro esse iussit. 62, 18: memoratur — dixisse oportuisse hominum pectora aperta esse. cf. Dr. II p. 423. Menge no. 417 annot. 3. Kuehner II 528 annot. 3. Potuit quidem ignorasse Domitianus X, 60 (Traianus). v. p. 43.

modus coniunctivus ex „oportet" aptus: Dr. II p. 288, ubi adde: Vitruvius praeter 6, 1. 7, 2. 7, 6 nunquam; Hor. ep. 1, 2, 49. Cic. de orat. 1, 6, 20. 5, 4, 4. X, 31, 1.

opus est: ne: 7, 6, 3. coniunctiv.: 9, 33, 11.

ut: Plaut. Truc. 5, 11. Quintil. 1, 6, 40. AcI: Vitruv. 146, 20.

percrebrescit: percrebruerat antiquitus urbem nostram nisi opibus Aegypti ali sustentarique non posse. P 31, 24.

Caes. b. c. 3, 43, 4: fama p. sq. AcI.; 3, 79, 4.

Sine subiecto (substant. vel. neutr. pronominis) hoc verbum alias exstare non videtur.

pertinet: Dr. II p. 422: inde a Cicerone. perrarum esse dicit Draeg., sed v. lex. Georges.

p. ad tuam gloriam quam maximum videri quem praecedis vel exaequas 6, 17, 4.

Aliter usurpatum apud Plinium plus quadraginta locis exstat.

placet: Dr. II p. 422: inde a Cic.; sed iam Ter. Hec. 866.

bona — placuit senatui — separari, illa filiae, haec spoliatis relinqui 3, 9, 17. 4, 22, 7. 8, 6, 14. quae iselastica esse placuit mihi X, 119 (Traian.). placuit interfici ad quod coibatur (i. e. delphinum) 9, 33, 10. 8, 14, 17.

Apud Vitruvium nusquam = beschliessen. 24, 25. 66, 24. 206, 10. 222, 8.

ut: P 4, 24.

AcI et modus coniunctivus: Suet. Iul. 88, 3.

Forma „placitum est" apud Plin. deesse videtur. cf. Caes. b. g. 7, 15, 3.

poenitet: AcI ap. Plin. non invenitur. Cic. ad Brut. 1, 18, 4.

praeterit: Dr.?

nec me p. esse Regulum δυσκαθαίρετον 1, 5, 15. nec me p. Periclen laudari 1, 20, 17. nec me p. actiones nomen suum perdere 2, 19. 2. nec me p. usum et esse et haberi optimum dicendi magistrum 6, 29, 4.

hanc locutionem, quae ap. Plin. initio in deliciis fuisse, paulatim in oblivionem ivisse videtur, alibi non inveni.

sufficit: Dr. II p. 422: apud Quintil. solum.

Neque enim s. eum poenae suae restitui X, 57, 2 (Traianus).

ut: s. ut exorari te sinas 9, 21, 3. s. ut scias P 30, 17.

ne: s. ne ea, quae sunt vera, minuantur 9, 33, 11.

si c. coniunct.: 5, 1, 9 (tibi). P 88, 6 (abunde).

quod: quamvis abunde sufficiat illi, quod est probatus 4, 12, 5.

cf. veritas s. 7, 33, 20.

superest:

ut: s. ut nec te consilii nec me poeniteat obsequii 1, 1, 2. 1, 21, 2. 1, 22, 11. 3, 19, 7. 6, 26, 3. 7, 11, 7. X, 41, 3. X, 112, 3.

ne: 7, 10, 3.

3. Praedicatum est persona tertia num. sing. vbi passivi.

Dr. II p. 423. p. 456 sqq. Kuehnast p. 245. Menge no. 436 β annot. 3 et 4. Strotkötter p. 21 sqq.

Schütz p. 14: zum unpersönlichen Subiect wird der AcI bei den ins Passiv. gesetzten Verben sent. et dic. —

Quae dicendi consuetudo rarissime ante Ciceronis aetatem invenitur, saepius post. v. Dr. II, 456 sqq.

affirmatur: (Dr. II p. 395.)

affirmabatur mihi plurimos esse buleutas — futurumque ut X, 114, 3. Georges. lex. s. v.: „iure iurando affirmatur sequente AcI."; videtur

spectasse Liv. 29, 23 med.: „societas inter populum Carthaginiensium regemque, data ultro citroque fide eosdem amicos inimicosque habituros, iure iurando affirmatur.“ Elucet AcI. pendere e „data fide“, et „societas“ esse subiectum vbi „affirmatur“.

auditur: Dr. II p. 456.

auditum est ex eo, se — lingere 3, 18, 9. Alterum exemplum non inveni.

cognoscitur: Dr. ?

Vesuvium fuisse postea cognitum est 6, 16, 5.

cognosceretur et ante nos gratos sed miseros fuisse P 75, 23.

cognitum est: Caes. b. g. 6, 20, 2. bc. 1, 6, 2. 2, 20, 2.

quod: (quae particula praecipue post formam „cognito“ exstat) v. Dr. II p. 299 sqq.

colligitur: (Dr. II p. 400).

unde colligitur alia esse clariora, alia maiora 3, 16, 13.

Nobis inesse legi quod postularemus colligendum fuit 2, 19, 8.

quod c. potest: Suet. Tib. 67, 22.

creditur: Dr. II p. 457.

c. in bona latinitate impersonalem, postea personalem constructionem habuisse docet Schmalz l. l. p. 295. Id. ibid.: Apud Tacitum quidem AcI. pendet e „creditur“, si subiectum est res aliqua vel num. plur., ceterum fere nom. c. inf. Apud Plinium unum exstat exemplum idque zeugmaticum q. d., quo ea opinio videtur confirmari: Falsum est nimirum, quod vulgo c r e d i t u r testamenta hominum speculum esse morum 8, 18, 1.

cf. Bonnell Lex. Quintil. s. v.

dicitur: Dr. II p. 457: iam ap. Terent. Schmalz p. 295: apud Ciceronem et Caesar. e „dicitur“ AcI pendere, si casus dativus vel aliud quid, sicut: „vere, recte, non sine causa sim.“ addatur.

cf. Kuehner II 523 sup. Menge no. 437. semel invenitur apud Plinium: cum dictum esset recitare Nonianum 1, 13, 3.

Adde Draegero: Cic. Verr. 2, 4, 13. fin. 3, 18, 60. Caes. b. g. 1, 46, 3. Liv. 38, 56. Quintil. 5, 7, 33. (Tacit. ann. 1, 10, 1). Ovid. fast. 4, 508 M.

dicendum est: Vell. 2, 99, 11.

indicatur: Dr. ?

Mihi — indicatum est legatum — mitti eique dari nummorum duodena milia X, 43, 1.

Alterum locum non inveni.

nuntiatur: Dr. II p. 459.

Schmalz de hoc verbo sentit idem quod de „dicitur“, quod v. s.

Menge no. 437: si nuntiatur = nuntius affertur, plerumque AcI ab eo pendet, qui idem exstat, si verbo „nuntiatur“ dativus personae adiectus est.

nuntiatum mihi est Fannium decessisse 5, 5, 1.

*mihi nuntiatum — Cornutum accepisse — Aemiliae viae curam 5, 14, 1.

permittitur: (Dr. II p. 330.).

permittebatur pecuniam — dare 5, 9, 4. AcI deest. v. p. 28.

persuadetur: (Dr. II p. 409).

Nec unquam (tibi) persuadeatur humile esse principi nisi odisse P 85, 8.

persuadendum erat provinciis illud iter Domitiani fuisse P 20, 2.

probatur: (Dr. II p. 396).

probaretur et nos Aegypto posse et nobis Aegyptum carere non posse P 31, 16. cf. probabitur experimento sitne etc. P 43, 7. alterum exemplum non inveni.

respondetur: (Dr. II p. 395).

responsum est mihi cupere universos ut — rationes -- legerentur, nunquam tamen esse lectas —, habuisse privilegium et vetustissimum morem administrare X, 47, 1. Caes. b. c. 3, 19, 4 (responsum est).

videtur: Dr. II, 352. 387. 460.

*parum visum esse curiam testem 8, 6, 14. ut (raro): Cic. fam. 8, 5, 2. Cornif. rhet. 4, 10, 14.

Adde Draegero: Acc. praet. 19 (Ribb. p 283): visum est pastorem appellere pecus.

Caput II.

Infinitivus est obiectum grammaticum.

A. Infinitivus nudus.

Kuehner II 490 sqq. Dr. I p. 331 sq. II p. 300 sqq. Menge no. 415, 2 — 419. Schmalz p. 282 sqq.

1. Infinitivus substantivi vices sustinens.

De huius infinitivi natura et usu, si is subiecti partes agit, v. supra p. 14 sqq. Eo addenda sunt haec:

Infinitivus obiecti locum tenens et pro accusativo substantivi abstractae notionis positus, sicut in exemplo Plautino (Bacch. 1, 2, 50): hic vereri (= verecundiam) perdidit, apud Plinium non invenitur (simillime: 7, 28, 3 p. 41); nec magis infinitivus, qui appositionis instar accusativum obiecti loco usurpatum sequitur, ut apud Catonem [ap. Charis. 2 p. 181 P (120 a L)]: Pleraque Gallia duas res persequitur, rem militarem et argute loqui (= argutum sermonem).

2. Porro substantivum quasi resipit infinitivus, si cum nomine aliquo vel substantivo vel adiectivo e verbis sentiendi vel declarandi pendet, ut ipse alterius obiecti locum teneat, alterius nomen, ex. gr. dolore vacare summum bonum dixit; decipere turpe ducimus.

a. nomen est substantivum.

qui carpere amicum iudicium vocant 7, 28, 3. cf. p. 40.

hoc exemplum notabile est, quod verbum „vocare" structuram accusativi cum inf. coniuncti post se habere non potest etc.

fas: *ne interrogare quidem fas puto 1, 5, 7. *8, 6, 10. putasset fas esse non obsequi 8, 6, 12. *X, 83.

b. nomen est adiectivum.

α. gradus positivus.

alienum: *non alienum existimavi — addere 7, 2, 4.

arduum: *id a. — et — dignum puto 1, 22, 10.

congruens: *neque enim c. arbitror. . huic pietatis titulis invidere 3, 8, 2. negant enim congruens esse etc. 4, 9, 19.

Brevitatis causa huc liceat ea adiectiva annectere, e quibus non inf. nudus, sed accusativi c. inf. coni. structura pendet.

aiunt enim c. esse — pro iis dari — quae X, 118, 2.

deforme: d. arbitrabar hunc stare 1, 23, 2. 6, 19, 4.

durum: d. existimabam te fraudare 5, 1, 12. d. putavi negare X, 106 et X, 120, 2.

honestum: retinere damnatos non satis h. putabam X, 31, 3.

indignum: i. credo ei visum ab homine peti quod di dedissent P 39, 22.

ineptum: laudari — i. putamus 3, 21, 3.

inutile: eosdem pasci otiosos i., non pasci etiam periculosum existimabam X, 31, 3.

irreligiosum: sumere illa — i. putem X, 35, 1.

laetum: X, 58, 8. v. necessarium.

necessarium: 3, 9, 14.

n. — credidi ac laetum — mittere *X, 58, 8 (Nerva). X, 96, 8. X, 114, 3. X, 17, 5. X, 56, 2.

periculosum: X, 31, 3 v. inutile.

severum: reddere s. arbitrabar X, 31, 3.

temerarium: t. existimo divinare 6, 2, 8.

utile: Ter. And. 1, 1, 34.

verum: nequaquam v. arbitrabar — hos — aequare 8, 2, 6.

β. gradus comparativus.

amplius — quod P 77, 25.

brevius: ne existimes brevius esse ab urbe mitti (architectos) X, 40, 3 (Traian.).

commodius: cf. 7, 18, 2.
constantius: *modestius et c. arbitratus — urguere 9, 13, 4.
deformius: *d. arbitrabar publici hospiti iura neglegere 3, 4, 5.
minus invidiosum: *non m. i. putat dare hereditatem quam auferre P 39, 25.
rectius: *r. arbitror — superari 1, 20, 24.
restrictius: an r. arbitraris — legendum dare 9, 19, 6.
speciosius: *sp. reor, quando P 54, 8.
tutius: 1, 8, 5.

γ. gradus superlativus.

commodissimum: *c. putavimus plures congregare 3, 9, 19.
convenientissimum: *bono civi c. credidi volumine — amplecti 3, 18, 1. X, 3, 2.
honestissimum: *h. credidi non premere immerentem 3, 9, 20. invenio h. esse 5, 8, 5. 7, 8, 5.
humanissimum: *pulcherrimum et h. existimo — miscere 8, 21, 1.
pulcherrimum: v. human. 8, 21, 1.
stultissimum: *st. credo — proponere 1, 5, 13.

Adverbium pro adiectivo usurpatum.

satius: mihi tamen hoc unum non persuadet satius esse ista facere quam consumere 1, 10, 11. v. Eidenschink l. l. p. 46. Cic. Verr. 2, 2, 36.

Plaut. Poen. 3, 1, 49. 5, 34. Ter. And. 2, 1, 7. Eun. 4, 7, 2. Phorm. 5, 7, 63.

Infin. est verbum impersonale.

Existimavimus fidei nostrae **convenire** notum senatui facere excessisse Priscum 2, 11, 2.

dices **oportere** me tuis rebus — uti 6, 28, 3. 7, 9, 1. 9, 3, 2. (v. p. 37.)

3. Infinitivus de verbis suspensus.

v. Kuehner II 490 sqq. Schmalz p. 282 sqq. Menge no. 415, 2. Dr. II, 303 sqq. Strotkötter p. 24.

Schütz p. 11, 18: . . . Jede zu den genannten Hilfsverben etc. hinzutretende Ergänzung enthält eine weitere Aussage des Subiects; deshalb steht das Praedicatsnomen beim ergänzenden Infinitiv im Nominativ.

a. Infinitivus e verbis pendens, quae facultatem quandam exprimunt.

Dr. II p. 301 sqq. Schmalz p. 286.

possum: Dr. II, 301: omnibus tempor.; apud Plinium plus quam CCCLXXX.; inf. praes. act.: CCL., inf. perf. act. semel: (nosse

1, 24, 4) potuit quidem ignorasse Domitianus X, 60 (Traianus). cf. p. 37 „oportet". inf. praes. pass.: CXII. (in quibus „fieri" et „videri"); inf. praes. vbi depon.: XX.

notanda videntur: qui fieri potest? 2, 6, 4. 4, 9, 17. 6, 23, 1. quemadmodum in urbe potuisti? 9, 6, 1. in quantum potuerit X, 70, 4.

nequeo: Dr. 301. raro invenitur apud omnes scriptores (Kuehnast p. 254). apud Plinium cum infinitivo non coniungitur. Apud Cic.: or. 65, 220. divin. 2, 46, 96. de verbo „queo" notandum videtur: „queo" in Ciceronis orationibus nisi mere negative vel interrogative - negative non invenitur; apud Sallustium bis affirmative, apud Caesarem et Hirtium non exstat; bell. Afr. c. 87. sensu negativo.

scio: Dr. 303. Kuehnast 254. Ad. Ebert (De M. Corn. Frontonis syntaxi, Erlang. 1880. 49 p. 8. (Acta sem. phil. Erlang. II)) p. 32. omnib. temp., raro apud Ciceronem. amare se scire P 87, 23.

nescio: Dr. II, 303. Kuehnast 253. omnib. temporibus.

nescit — liberalitas stare 5, 11, 3.

dare veniam nesciunt 8, 22, 3.

sustineo: Dr. II, 334: non ante Senecam rh.; adde Draegero: controv. 2, 1 (9), 25.

Curtius: cf. Fr. Korb: Inf. bei Curtius Rufus (Prgr. Prager — Neustadt 1886) p. 16: negative 9 locis (11 infinitivi), affirmative quinque locis (6 infin.). Quintil. 12, 9, 10.

Apud Plinium omnibus locis negative: Sed non sustinui inducere in animum, quominus — indicarem 9, 13, 6. 9, 13, 16.

X, 7, 1: petitioni tuae negare non sustinui (Trai.). P 86, 5. P 60, 10. tu ne rogari quidem non sustinuisti P 26, 14. non s.: Suet. Jul. 75, 18. Livii locus a Lagergren. laudatus (p. 164) 23, 9, 7: „vultum sustinere" inf. e „sustineo" pendentem non praebet.

Notandum videtur in epistolarum libris I.—VIII. hoc verbum non exstare.

valeo: Dr. II p. 303, Kuehnast p. 254; inde a Cicerone.

apud Ciceronem semel: oecon. 6 (cf. Columella 12 praef. § 6), semel apud Livium: 38, 23, 4. Apud Plinium semel: quis terror valuisset efficere P 46, 22.

cf. multum valere in P 59, 16.

pro lege valere X, 108, 1.

Valet imperson. usurp. cum AcI.: Caes. b. g. 5, 54, 4.

Addenda Draegero: Curt. 3, 4, 5 (Korb l. l. p. 17: saepius negative e subiecto person. pendet). Val. Max. 8, 3. 2, 10. 5. 3, 2, 4. Vitr. 22, 17. 173, 18. (subiect. impers.), 3, 21; 116, 6 enuntiatum affirmativum. (quibus locis Draegeri sententia contra Muetzellium confirmari videtur).

„evaleo" praeter Vergilium, ubi „evaluit" melius ab „evalesco" derivandum esse censet Georges, et Horatium ep. 2, 1, 200 (non 100, ut ap. Draeg.) invenitur: Lucan. 4, 84. 1, 105. Claudian. 28, 302. 36, 92. Augustin. conf. 7, 17, 23.

b. Infinitivus pendet e verbis, quibus inest notio necessitatis.

Apud Plinium „debeo" tantum invenitur. Dr. II p. 305: omnibus temporibus.

debeo: inf. praes. act.: LXXXVI., inf. perf. act.: V.: composuisse 1, 8. 7, nosse (bis), cognovisse 8, 6, 1, annotasse 7. 20, 6; Cic. R. A. 27, 73 debeo vicisse. Tacit. dial. 24, 7; inf. praes. vbi deponentis: X., inf. praes. pass.: XXII.

supplendus est inf.: bis. pronomen subi. suppl. 3, 9, 35.

Notandum: sequi enim gloria, non appeti debet 1, 8. 14. debet orator erigi, attolli . . . effervescere, efferri — accedere 9. 26, 2. P 72, 10.

Neque a Plauto neque a Terentio „debeo" cum inf. construitur.

c. Infinitivus pendet e verbis voluntatis et similibus ut cupiendi, consilii capiendi, statuendi.

Schmalz p. 283 sq. Barth l. l. p. 18. Weise l. l. p. 92.

α. Verba affirmativa.

magni aestimo: itaque m. a. dignitati eius aliquid adstruere 3, 2, 5. 3, 4, 1. 4, 28, 1.

Praeter Cic. ad Brut. 1, 16, 5: „quanti aestimat — posse" et Suet. Vesp. 15, 20: „magni aestimat servare" inveni nullum locum.

AcI. v. inf. p. 66.

audeo: Dr. II p. 306: omn. temp.; libertate ausus est uti 3, 7, 7. „ausus est" praeterea: 6, 13, 2. 6, 33, 6 (non). 7, 4. 6. 7, 29, 3.

ausim: 4, 4, 3. 9, 13, 25 (non).

inf. pass.: ut audeam tibi — obligari X, 4, 1.

verb. dep.: non audent queri — an audeant? P 12, 20.

non adire — non alloqui audebat P 48, 23.

loqui — hiscere audebat P 76, 12.

Extra hos locos: 4, 17, 6. 6, 33, 8. 7, 15, 1. P 55, 16. 63, 4. 75, 22. 91, 16.

cf.: quid audes 9, 13, 11. hoc X, 31, 5. minus 9, 26, 8. plurimum 2, 11, 22.

abs.: bis P 13, 10.

audentia neutr. pl. 9, 26, 5. audentior 9, 33, 4. quid audentius? 9, 26, 9.

cf. Nep. Miltiad. 4, 5: auderi dimicari.

certo: Dr. II p. 320: omnibus tempor., non autem ap. prosae orationis scriptores aureae q. d. aetatis, qui „certatim" usurpant.

certat frangere fluctus, domitare ventos, — transsilire freta P 81, 23.

adde Draegero: Tibull. 2, 3, 57. Terentian. 34.

cf.: absol.: 1, 7, 6. X, 100. de: P 11, 12.

cum: P 13, 25. 55, 12. certatur: P 62, 18. vota certantia: P 92, 15. certatim: P 84, 10. praeter X, 100 omnes loci in Panegyrico!

cogito: Dr. 311: omn. temp.

quae c. reservare 3, 10, 2. 4, 14, 8. 5, 12, 1. 9, 34, 1. X, 70, 3 (duo inf. praes. act., unus praes. vbi dep.).

Apud Livium non exstat, v. Kuehnast p. 255 annot. 161. Caes. b. c. 1, 61, 4.

concupisco: Dr. 307: inde a Cicerone. quem tu nisi cognoscere concupiscis, saxeus ferreusque es 2, 3, 7. 3, 4, 2. 4, 11, 6. 5, 15, 2 (imitari). 6, 23, 2. 7, 20, 4 (te sequi — et esse et haberi). Inf. suppl.: P 59, 6. Quintil. 2, 9, 2. 12, 10, 14. Suet. N. 20, 8. Claud. 34, 29. Cal. 37, 21.

absol.: 2, 15, 1. P 33, 24.

transit.: 2. 8. 2. 2, 17, 29 (bis). 3, 2, 6. P 27, 11. 44, 2. 50, 15. 57, 25. 59, 6. 63, 23 et 24.

conor: Dr. II, 308: omn. tempor.; totam villam oculis tuis subicere conamur 5, 6, 44. 7, 3, 4. 7, 26, 4. apud Vitr. bis.

constituo: Dr. II p. 313: omn. temp., inde a Cicerone saepius; deest ap. Plautum, Iustinum, Ammianum; apud Vitruv. semel: 251, 9. a te petere constitui 2, 13, 2. 4, 1, 6. constituis — uti X, 16 (Traian.).

ut (Dr. II, 247): P 40, 21. Vitruv. 66, 1.

quaest. obl.: X, 40, 3.

transit.: X, 54, 2. 55. 56, 4, 5. 66, 1. 97, 1. 112, 3. 117. 118. 119. P 1, 13.

Adde Draegero praeterea: Titin. ap. Nonium 406, 20.

cupio: Dr. II p. 307: omn. temp.

Inf. praes. act.: cupiebat mutare testamentum 2, 20, 7. 3, 8, 3. 4, 1, 1. 5, 1, 7 (duo). 5, 5, 3. 6, 4, 2. 6, 8, 1. 6, 20, 1. 7, 10, 1. 7, 11, 5. 8, 10, 1. 8, 12, 1. 8, 14, 1. 9, 6, 2. 9, 10, 1. X, 3, 3. P 16, 22. 79, 17.

inf. praes. vbi depon.: 4, 8, 4. 4, 15, 11. inf. praes. pass.: 1, 14, 3 (duo). 7, 17, 7. 7, 31, 1. 7, 33, 1. inf. suppl.: (fieri) 2, 9, 6. 9, 35, 2.

transit.: P 70, 23.

decerno: Dr. II p. 313: primum apud Terentium.

tacere decreveram 7, 6, 3.

Apud Vitruvium et Iustinum deest.

Lucil. sat. fr. inc. 158 M. — Luc. ap. Rufinum § 26 (p. 238 ed. Frotsch.).

absol.: P 91, 16.

trans.: P 93, 21.

desidero: Dr. II p. 307: non ante Cic. Ap. Plin. semel:

id (balineum) restituere desiderant X, 23, 1.

Plaut. Merc. 1, 2, 37: mihi dari haud d. Iustin. 42, 5, 8: restitui. Arnob. 114, 14: desidero audire. Arnob. 229, 25: desidero audire. Arnob 254, 23: desidero audire.

cf. statuam poni — eo quo desideras loco — patior X, 9 (Traian.).

desiderare principem desiderantem P 86, 11.

absol.: X, 27. P 86, 11.

transit.: 1, 20, 18. 6, 2, 1. 6, 4, 3. 7, 2, 1. 9, 9, 2. P 86, 11.

destino: Dr. II p. 314: Primum ap. Caes. b. c. 1, 33. Kraut l. l. p. 40 unum affert locum Plinianum.

destinasse mori 1, 12, 9. 3, 5, 20. 3, 6, 6. 5. 8. 6. 5, 19, 7. X, 15. Suet. Aug. 42, 22.

id: 9, 13, 6. reum: 9, 13, 7.

dignor: Dr. II p. 332: in prosa orat. primum ap. Curtium, Senecam, poster. Deest apud Iustin.

exornare digneris X, 12, 1. „digneris" praeterea: X, 13, 1. X. 43, 4. X, 47, 3. X, 81, 8.

dignatus es: X, 56, 1. P 92, 17.

dignatur: P 87, 21.

dignatus est: P 80, 22.

Experior: Dr. II p. 311: primum ap. Plautum. Prosae orationis scriptores a Draegero non laudantur. Deest ap. Iustinum. difficile est, sed experiar (excusare) 1, 18, 1.

(an: 13, 14, 2. cf. 2, 8, 5. P 44, 4. 44, 21.)

ut: Dr. II p. 266, ubi adde: Cic. Att. 11, 23, 3.

transitive: 1, 8, 4. 20, 15. 2, 20, 4. 3, 4, 4. 7, 5. 19, 4. 5, 1, 10. 6, 20, 20. 25, 4. 31, 2. 7, 4, 3. 8, 24, 6. 9, 29, 1. 34, 1. X, 17, 1. 18, 1. 51, 2. 85. 86, 1. 94, 2. 94, 3. P 21, 22. 26, 18. 31, 20. 42, 27. 45, 8. 67, 16.

quaestio obl.: 1, 17, 2. 2, 8, 5. 18, 1. 5, 15, 1. 20, 8. 6, 1, 2. P 10, 22. 44, 8. 44, 21. 86, 18.

an: 3, 14, 2. 6, 1, 2. P 59, 14. 59, 17.

absolute: 1, 8, 5. 15, 4. 18, 1. 3, 15, 5. 4, 15, 7. 5, 8, 1. 7, 25, 2. 9, 33, 6. 9, 37, 4.

Notanda videntur: experimentum capere alicuius rei P 69. 10. discimus experimento P 49, 5.

discat igitur Aegyptus credatque experimento P 31, 5.

experimento cognoscere P 75, 23. ex. annotare 2, 11, 6. experimentum tui P 79, 18. 8, 11, 2. „expertus" passive usurp. P 61, 19. „inexpertus" passive usurp. 8, 14, 11.

gaudeo: Dr. II p. 346: primum in prosa oratione a Seneca seniore usurpatur, plerumque cum inf. praes. pass.

ornare patriam et amplificare gaudemus 2, 5, 3.

nostra agmina percursare ripas et aliena occasione — uti ultroque hiemem suam barbaris inferre gaudebant P 12, 2. P 82, 3. P 71, 4.

Plin. 18, 17, 45. Hor. sat. 2, 5, 109.

gaudens absol.: P 28, 30. 95, 11. 72, 31. 73, 11. 9, 23, 5. me gaudente absol.: 5, 9, 2.

gaudent scribentes Hor. ep. 2, 2, 107.

gestio[22]): Dr. II p. 308: omn. temp., sed raro; apud historicos deest. (adde Draegero: praeter Iustinum 7, 6. 8. 8, 3, 10. 21, 1, 3. 29. 1, 11. 43, 3, 8.)

accipere gestio 9. 28, 5. visere visendumque tradere — gestient P 12. 5. 35. 6. quae (iura) priores — a singulis rogari gestiebant P 39, 15.

instituo: Dr. II p. 348.

bene ac sapienter maiores — instituerunt — initium a precationibus capere P 1, 3. Caes. b. g. 7, 13, 1. 7, 1, 1. 7, 9, 6. 7, 12, 2. 7, 57, 4.

ut: Cic. fin. 2, 1, 2. ut omiss.: Suet. Iul. 41, 1.

cf. Hor. c. 3, 8, 11: amphorae fumum bibere institutae, Dr. p. 369 ≐ aufgestellt, um; alii: gelernt hat.

cf. Verg. ecl. 2, 33. 5, 30. georg. 1, 148. Iustin. 8, 3, 63. 36, 4, 5. 39, 2, 2.

laboro: Dr. II p. 309.

probari laborant 1, 4, 4. amarique ab eo laboravi, etsi non erat laborandum 1, 10, 2. assequi 2, 5, 9.

Adde Draegero: Primum iam apud Lucilium sat. 9, 66 M (= 287 Lachm.), inde a Catullo (67, 17) affirmative quoque; neque apud Caesarem neque ap. Livium exstat. Hor. sat. 2, 8, 19: nosse.

AcI: Iustin. 28, 3, 10. 36, 1, 7. Sen. ep. 124, 1.

ut: P 3, 7. quaestio obl.: Cic. R. A. 34, 97.

absol.: P 22, 13.

malo: Dr. II p. 305. omn. temp., apud Vitruvium deest.

mihi hunc honorem habitum putem an studiis? studiis malo 3, 18, 5. 4, 3, 5. 4, 14, 9. 5, 4, 4. qui dicunt egisse malunt quam agere et qui audiunt finire quam iudicare . . 6, 2, 5. 6, 16, 7. 8, 21, 5. videri 9, 19, 8. hoc esse P 9, 22. amari P 87, 25. inf. suppl.: 87, 26. 3, 1, 8.

abs.: si ita mavis 2, 17, 1.

p. 847 b. Plaut. Men. 883: manendo medicum. Trin. 1048: male fidem servando.

p. 848 sup.: Cic. Verr. 5, 43, 113: testes interficiendo (sed Phil. 2, 10 addendo die? non repperi).

Vell. 2, 16, 2: duos filios creando praetores (alia structura cogitari non potest). 2, 1, 5. 2, 16, 4. 2, 56, 3. 2, 56, 4. 2, 66, 3. 2, 80, 2. 2, 109, 2.

apud posteriores gerundii ablat. cum obiectis cuiusvis generis coniungitur, e. g. Cypr. 798, 4: cedendo ac manus dando. Dr. putat gerundii ablativi cum obiecto coniuncti structuram magis magisque minui; sed v. praeter locos supra laudatos ex. gr. Terentianum 230. 245. 321 (bis). 345. 373. 386. 625. 726. 995. 1296 (ἀπὸ κοινοῦ). 1435. 1515. 2189. 2298. 2880. de prato mugiendo — recurrens (daemon) Vit. Greg. Magni Acta Sanct. XII. Mart. p. 208. Abl. gerund. apud adiectiva relativa raro legitur: Cic. ep. fam. 2, 1, 1: scribendo impiger (ubi praepositione „in“ non opus est, ut putant). 3, 9, 3: neglegens scribendo (item), quos ablativos Ott l. l. p. 37 interpretatur respectivos.

p. 848 c. de participio praesentis cum ablativo gerundii coniuncto copiose disserit Praun l. l. p. 60. Ex quo si perspicuum est gerundium participio praesentis adiunctum ad participii vim descendisse, mirum esse non potest. Vitruvium saepe gerundium pro participio usurpasse ex. g. 34, 16. 108, 25. 135, 6. 144, 16, atque gerundii vim et notionem evanuisse ex eo potest intellegi, quod nonnunquam ab eodem scriptore ex ablativo suspenditur alter ablativus (27, 8. 156, 13. 188, 17. 193, 21. 194, 2. 241, 16. 132, 1. 132, 2).

b. Gerundivi.

Dr. p. 849 sqq.

Gerundivi ablativus instrumentalis semel invenitur: agendis causis distringeretur 5, 5, 3.

modi semel: fruendis voluptatibus crescit carendi dolor 8, 5, 2.

de verbi intransitivi gerundivo cf. Dr. p. 856, ubi addas Vitr. 176, 17 (fruendus), Iustin. 19. 1, 6 (fungendus). Vitr. 33, 15 („cibo agresti vescendo“ [„vescendo“ potest gerundium accipi]).

separationis semel: abstinui causis agendis 1, 23, 2.

causae semel: Aegyptus alendis augendisque seminibus ita gloriata est P 30, 39.

E praepositionibus pendet Ablativus

1. Gerundii.

a. semel invenitur „a“: cum a scribendo vacaret 3, 7, 4.

b. omnibus reliquis locis invenimus praepositionem „in“, quae significat

α) qua in re qualitas quaedam appareat: in disputando incomprehensibiles 1, 20, 6. hoc adiectivum primum apud Plinium nostrum legitur cum notione: einer den man nicht fassen kann.

vir in dicendo copiosus, ornatus 3, 9, 7. si quam haberem in dicendo facultatem 3, 9, 21. qui plurimum in scribendo et satis haberet et fellis nec candoris minus 3, 21, 1. in edendo haesitator 5, 10, 2. cautior in continendo vel constantior in edendo 5, 12, 4. in dicendo exercitatus 5, 13, 3. tanta in praedicando verecundia quanta gloria ex facto 9, 19, 4. parciorem me in laudando facit X, 26, 2. in edendo liberalitatem — exhibuit P 33, 21. tam parcus in aedificando quam diligens in tuendo P 51, 27. nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora P 79, 7.

obiectum suppl.: liberalis in edendo (ludos) 6, 34, 2. Suet. Claud. 12, 14: in semel augendo parcus.

β) qua in occasione quid fiat: in dicendo assentationem — defugerim 1, 8, 17. in eligendo — errat 1, 20, 14. hunc ordinem me in scribendo sequi 8, 21, 3.

2. Gerundivi.

a) uno loco exstat „pro“: pro iure iurando P 66, 13.

b) quinque locis „de“: lege prolata de senatu habendo 5, 13, 5. de agnoscendis liberis restituendisque natalibus — cognoscerem X, 72.

aestimabo an debeas cognoscere de agnoscendis liberis et natalibus veris restituendis X, 73 (Traian.).

de ampliando numero gladiatorum aut de instituendo collegio fabrorum consulebamur P 54, 25.

de iure iurando P 65, 17.

c) omnibus reliquis locis invenimus praepositionem „in“, quae significat

α) qua in re qualitas quaedam appareat: in agendis causis exercitatus 2, 9, 4. in causis agendis eruditus 2, 13, 7. in disponendis facultatibus plurimum tibi et usus et providentiae superest 3, 19, 9.

Ille meus in petendis honoribus suffragator et testis, ille in inchoandis deductor et comes, ille in gerendis consiliator et rector 4, 17, 6.

cf. Arnobium 260, 8: religionibus artifex in comminiscendis.

diligentiam tuam in retractandis operibus 9, 35, 2.

tantum putat esse in iure iurando P 77, 9.

β) qua in occasione quid fiat: multum in commutandis moribus medius annus valet P 59, 15. 1, 14, 9. 1, 20, 1. 2, 18, 5. 4, 2, 4. 4, 15, 3. 5, 2, 2. 5, 13, 8. 8, 23, 2. X, 4, 3. Actum quem debuisti — in excutiendis causis — secutus es X, 97, 1 (Traian.). X, 108, 1. P 20, 21.[36])

Addenda Draegero: p. 850, 8: ad locum Ciceronis off 1, 15, 47 (referenda gratia) annotandum est Ciceroni vocem idoneam defuisse, cum „gratiae relatio" apud Senecam phil. demum inveniatur.

ablat. instrum. gerundivi: Cic. fam. 4, 2, 3: gratiam inire defendenda pace.

ablat. modi: quis est enim, qui nullis officii praeceptis tradendis philosophum se audeat dicere? Off. 1, 2, 5.

ablativus gerundivi respectivus ex nomine adiectivo aptus aureae q. d. latinitatis temporibus raro invenitur. Liv. 3, 17, 2: felix vobis corrumpendis. Apud Tacitum legimus ann. 13, 14, 10: dignam stirpem suscipiendo patris imperio.

ablat. gerundivi separationis: Cic. Att. 1, 13, 2: sum a perverso homine observando liber.

Iuvenc. 14: gregibus augendis liber. Cyprian. ep. 480, 11: oculi conspiciendo Deo digni.

Ablat. qualit.: Liv. 24, 27, 3: praetores dissimulare primo et trahenda re esse (prius legebatur: trahendam rem).

p. 851. in: abl. gerundii: in legendo Terentian. 317. gerundivi: in moenibus suscipiendis occupatum Vitr. 5, 17. in moenibus collocandis Vitr. 17, 7.

p. 852. de: Vitruvius hanc praepositionem ter cum gerundivo coniungit: 30, 26. 146, 17. 154, 2. Apud Arnobium legimus: de vitam degendo 66, 11. de moriendo 26, 29. de permanendo 73, 6. de videndo 54, 4. de reprehendendo (cum enuntiato relativo pro obiecto) 105, 15.

Raro ablativo gerundii e praepositione pendenti additur obiectum: Varr. r. r. 3, 9, 12: in supponendo ova.

Cic. Tusc. 3, 9, 20: a nimis intuendo fortunam alterius.

Cic. offic. 1, 5, 15: in hominum societate tuenda tribuendoque suum cuique.

„in" cum abl. gerundii raro apud Vitruvium invenitur, cuius constructionis vices agit:

1. substant. verbale in — io.
2. substant. solum, e. gr.: in moenibus.
3. abl. ger. nudus, e. gr.: fundendo.

p. 851. Varr. l. l. 6, 75: sine canendo. Apud Caes. „de" et „in"; ap. Hirt. „a" quoque.

Caput V.

De infinitivo historico.

Draeger I p. 330 sqq. II p. 441. Kuehner II p. 103 sqq. Strotkötter p. 12. p. 28. Schmalz p. 335. Schütz p. 21. p. 22. p. 23.

De infinitivi historici sive adumbrativi sive descriptivi origine et vi a viris doctis multum disputatum est. Atque veteres quidem grammatici, inter quos Quintilianus et Priscianus, hunc infinitivi usum declarari posse ellipsi q. d. verbi „coepit" putant, vel similium ut „evenit". „parat", quam sententiam secuti sunt Sanctius, Ruddimann, alii, nostris autem temporibus Iaenicke (Novi Annales 151 (a. 1895) p. 134 sqq.; cf. Thumser Prgr. Wien 1889/90 p. 13). Censet enim vir doctissimus in unoquoque infinitivo historico supplendum esse „coepit", cui opinioni cum Sallustii Cat. 25, 5: „posse versus facere" repugnet, aut aliter eum locum interpretandum esse putat aut libros manuscriptos vitio non carere. Qua coniectura quamquam viri doctissimi sententia non fulcitur, tamen eam non omnino reprobat Delbrueck (Vergl. Syntax 2. 458), cum infinitivus historicus non raro excipiat verbum „coepit" cum infinitivo coniunctum (cf. Plaut. Bacch. 259. Caes. b. c. 3, 12, 2. Plin. ep. X, 81, 4: Eumolpus — petere coepit; contra Dion ut audiretur exigere) et Ebeling (Vollmoellers krit. Jahresbericht üb. d. Fortschritte d. roman. Philol. Bd. IV. Heft 2. Erlang. 1899 p. 244), postquam de Iaenickii commentario disseruit, linguae italicae infinitivum historicum iam diu similiter intellegi dicit. Cuius linguae cum non sim satis peritus, Diez autem, ut alios omittam, l. l. p. 925 inf. hist. in linguis romanis q. d. praeter gallicam non exstare doceat, hanc sententiarum varietatem me non intellegere confiteor. Impugnatur autem Iaenickii sententia a Schmalzio et Landgrafio (Reisig, Haase etc. lat. Syntax p. 802), a Riemanno et Goelzero (grammaire comparée du Grec et du Latin. Paris 1897, syntaxe p. 340), a Diezio, qui l. l. p. 925 hunc infinitivi usum ellipsi q. d. declarari posse negat. Praeterea quid de infinitivo historico viri docti

senserint, copiose disseruit G. Mohr (de inf. hist. — Halis 1878). Cf. E. Herzog, die Syntax des Infin. in Fleckeisen. annall. 107 (1873) p. 21. Madvig lat. Sprache § 392. Cum alios igitur praetermittam, unius mihi liceat afferre sententiam, qua etiam illustria ingenia graviter errare posse mirum in modum demonstratur. Docet enim vir quidam de lingua latina optime meritus non iocans imperatorum Romanorum epistulas hoc semper stilo conscriptas fuisse et inde hunc infinitivi usum derivari. — Cum Iolly deinde ex infinitivi genuina natura, quae sit dativi, infinitivum historicum interpretetur (Geschichte des Infin. im Indogerm. Muenchen 1873 p. 181 f.), cui sententiae acriter adversatur G. Mueller (zur Lehre vom Inf. Prgr. Goerlitz 1878) p. 16, assentitur Barth (de inf. ap. scaenicos poet. lat. Dissert. Berol. 1882) p. 6., Deecke autem ut omnibus infinitivis ita infinitivo historico vel potius descriptivo casus locativi vim et notionem vindicet (Beiträge zur Auffassung lat. Inf. etc. construct. Prgr. Muelhausen 1890) et J. Bódiss idem sentiat (Magyar. philol. Zeitschrift Bd. XXIV p. 25 sqq. et 699 sqq.); Strotkötter (l. l. p. 12 & 28) et infinitivo pro imperativo usurpato et descriptivo eandem tribuit originem, ita ut utroque punctum quasi temporis atque nihil nisi mera verbi actio exprimatur. Quae interpretatio valde mihi arridet, praesertim cum idem ipse iam diu de hac re senserim (Cf. Plin. ep. 1, 20, 13. 4, 17. 3. 5, 6, 41. Curt. 7, 4, 11). Wackernagel denique (Gech. des histor. Inf. Vortrag d. Zürcher Philol.-Versammlung 1887 p. 276 sqq.) Strotkötteri sententiam comprobans cum linguarum slavicarum analogias afferret et originem genuinamque vim formae vbi legimini (= λεγέμεναι) explicaret, infinitivum historicum ex infinitivo pro imperativo usurpato profectum esse aliterque explicari non posse demonstravit, cui interpretationi nunc viri doctissimi fere omnes assentiunt, ut Schmalz l. l. p. 335, Ziemer (Bursiani annall. 1883[3] p. 364), Delbrueck, alii. — Restat ut referam quid sentiat Schütz. „In dem reinen Imperfect. vergegenwärtigt man sich ein Thun aus der Vergangenheit, indem man es sich in seinem Verlaufe vorführt. Es dient also zur Veranschaulichung, Schilderung (Zumpt § 599, annot.). Und w e n n m a n h e r v o r h e b e n w i l l,

dass man den Hauptnachdruck auf Verlauf und Inhalt der Handlung legt, so kann man die Handlung von Zeit- und Aussageform loslösen und sie in den Inf. histor. setzen. Hier zeigt sich das Thun wie ein Bild für sich, dessen Unterschrift und Inhaltsangabe der Inf. bildet. Das Subject dieses Infinitivs bleibt im Nominativ. p. 21. Das schildernde Imperf. (Inf. hist.) hat das Thun eines Gegenstandes im Auge, p. 22. Reines Imperf. (damals gerade) dient zur Veranschaulichung und Schilderung. Dazu gehört der Inf. hist., zu umschreiben etwa mit „man sah, man fing an etc.“ p. 23. Quam sententiam quin accipiamus libenterque sequamur nihil obest. Iam videamus quomodo infinitivus historicus per tempora sit usurpatus. (De hac re copiose ornateque disseruit E. Woelfflin. Archiv X p. 177—186.)

Atque cum apud Plautum quidem rarius hic infinitivus inveniatur, saepius apud Terentium legitur (vicies; v. Barth l. l. p. 7), bis etiam in enuntiatis interrogativis (Barth p. 8), qui usus iterum non exstat nisi apud Petronium demum p. 39, 23 (qui mori timore nisi ego?). Cum deinde a Catone admodum raro adhibeatur, apud Ciceronem in usu est maxime in orationibus prioribus et in epistulis, quadragies bis, ut Mueller l. l. p. 15 docet, apud Caesarem vicies sexies, sexiesdecies sex locis belli Gallici (in quibus semel passivi 3, 4, 1 - 2; cf. Woelfflin l. l. p. 182: superari = inferiorem esse), decies quattuor locis belli civilis (qui loci ap. Draegerum II p. VI. melius sic numerantur: 1, 64, 3. 2, 20, 1. 3, 12, 2. 3, 17, 5.), ab auctore belli Afric. saepius, semel in enuntiato relativo c. 15, ubi inf. pass. (occupati esse) primum exstat. — Cornelii Nepotis duos infinitivos historicos delevit Halm: Alcib. 6, 3 legit „reminiscens“ pro „reminisci“; Eum. 9, 1: „quaeritur“ pro „quaerere“. Saepissime autem atque elegantissime inf. hist. usurpatur a Sallustio (c. 94 terdecies), in enuntiato relativo Iug. 59, 3 et 70, 5. Cf. Carolus Huebenthal, quaestt. de usu inf. hist. ap. Sallustium et Tacitum. Diss. Hal. 1881. Draeger II p. 570, p. 629, 2 a); a Livio rarius atque ita quidem, ut infinitivorum numerus paulatim minuatur; nam cum e. g.

in libro primo 35 infinitivi exstent, in libro XXI. 22, in libro XLV. 10 tantum inveniuntur (cf. Leop. Winkler, Inf. ap. Livium, Prgr. Brüx 1895). De Asinio Pollione, qui praeter Sallustium omnium maxime hunc infinitivum amare videtur (cap. 20 invenimus duodecim) cf. Woelfflin. Latinit. des A. P. Archiv VI (1889) p. 85 sqq. De infinitivi hist. apud Curtium usu docet Korb (Prgr. Prager Neustadt) p. 4 contra Vogelum (Curtius Rufus ed. Vogel ap. Teubnerum 1885. § 112 Einl.) octo locis binos ad quinos infinitivos, decem locis singulos exstare; inf. hist. pass. apud Curtium non inveniri, cum „levari" (4, 3, 17) sit medii generis, non passivi. De Seneca rhetore nihil habeo, quod Draegero addam. Apud Petronium inf. histor. semel in quaestione legi (p. 39, 23) iam supra commemoravi. De Tacito praeter ea, quae Draeger I p. 331 II p. 571 et 629 affert, nihil mihi notum est novi, neque plus de Apuleio. De Iustini autem 21, 5, 4 assentior Wentzelio qui primum infinitivum ex voce „contentus" aptum, reliquos undecim infinitivos absolute usurpatos esse censet (p. 68), praeterea dicit infinitivum histor. exstare viginti duobus locis, quattuor legi 36, 4, 2 et 41, 3, 4, sex 43, 4, 11. sed infinit. pass., qui memoratur in Wentzelii commentationis censura (Archiv VIII) in commentatione ipsa non reperio. — Iam apud Florum unum inf. hist. novi 2, 6, 23: „interim respirare Romani", quem usum dicendi Iordanem adeo non intellexisse docet Woelfflin (Latinit. des Iordanes. Archiv XI p. 361—368) p. 364 sq., ut scriptor barbarus, qui Florum ad verbum transscripserit, hunc locum sic verterit: „permissum est interim respirare Romanis" (Rom. 192). Cum deinde Fronto p. 209 quindecim infinitivos hist. praebeat, postea — uno exemplo Ammianeo coniectura deleto (Henr. Ehrismann, de temporum et modor. usu Ammianeo, diss. Arg. 1886) — a prosae orationis scriptoribus non iam usurpatum esse verisimile est, et quamquam apud poetas atque eos imprimis, quorum dicendi genus a sermone plebeio non longe abest, nonnunquam exstare mihi persuasum est, tamen paulatim hanc dicendi rationem plane evanuisse et exemplo illo ex Iordane sumpto docemur et linguis q. d. romanis. (De linguae gallicae infinitivo quodam historico

v. Diez l. l. p. 925.) Cf. Woelfflin Archiv XI p. 365 et Archiv X p. 186.

Adde Draegero: Verg. Aen. 11, 822[37]). Ovid met. 7, 639 sq. (sex inf.).

Deest infinitivus historicus, ut Mohr docet, apud Lucretium; Catullum, Tibullum, Propertium; Persium et Iuvenalem, Phaedrum; Suetonium, Valerium Maximum (Plinii Maioris unum locum laudat Draeger N. H. 14, 6); Manilium.

Considerantes iam quomodo Plinius infinitivo historico usus sit (cf. Lagergren l. l. p. 165 sq. — „ubi vivida opus est oratione"; afferuntur 6, 20, 11. 12. 15. 7, 27, 8. 9, 33, 5. P 22; Kraut l. l. p. 40: 6, 20, 11 f., 15. 9, 33, 4 f. „und sonst"), non mirabimur quod hunc infinitivum paucis locis invenimus idque in nonnullis epistolarum libris, in libri decimi et Panegyrici locis singulis, tamquam si ne hunc quidem dicendi modum se ignorare scriptor noster voluerit ostendere. Infinitivum enim historicum inde ab antiquissimis linguae temporibus praecipue in sermone plebeio usitatum fuisse cum et propter naturam eius et propter scriptorum usum existimem, Plinius cum ostentatione gloriaque seductus tum Ciceronem epistularum scriptorem imitatus hanc structuram adhibuisse mihi videtur. Nam cum Cicero et Caesar hanc dicendi consuetudinem in linguam crescentem atque adulescentem introducere conati mox destitissent, Livius materia invitante tamen paulatim neglexisset: Sallustius imprimis antiquitatis et scribendi proprietatis studiosus et Tacitus eum imitatus maxime usurpaverunt. Aetatis vero argenteae q. d. scriptoribus infinitivus descriptivus fuit in numero artificiorum, quae rhetores docebant in scholis, id quod apud Plinium videmus in epistulis ad imperatorem datis hanc dicendi rationem diligenter vitantem (praeter unum locum, qui propter vb. „coepit" paululo antecedens minus conspicitur), in panegyrico, oratione illa summa arte confecta, uno loco sibi permittentem ad vulgi de quo verba facit mores fideliter depingendos.

Haec autem apud Plinium exstant exempla:

2, 20. 7: Regulus, qui speraret aliquid ex novis tabulis, qui nuper captare eum coeperat, medicos h o r t a r i,

rogare quoquo modo spiritum homini prorogarent. exstat inf. hist. pro imperfecto, quod „Hauptnachdruck auf Verlauf und Inhalt der Handlung gelegt“. (Schütz p. 21.)

6, 20, 9—12: — nubes atra et horrenda — dehiscebat — non multo post illa nubes descendere in terras, operire omnia: cinxerat Capreas et absconderat, Miseni quod procurrit abstulerat (commate ego interpungo post „absconderat“). Tum mater orare, hortari, iubere quoquo modo fugerem — Ego contra, salvum me nisi una non futurum, dein manus eius amplexus addere gradum cogo.

Totum hoc libri sexti caput vicesimum aptum videtur et quasi factum ad discrimina temporum linguae latinae explananda adeo ut mirum in modum ad unumquodque verbum interpretandum alliciamur. Sed deficiente iam charta hoc ostendisse satis erit. Atque nihil hoc loco Schützii sententiae obest. Priores enim duo infinitivi significant actionem tam vehementer se perficientem, ut statim postquam ea desiit effectus repraesentetur manifestus, id quod tribus plusquamperfectis, imprimis tertio significatur. Et imperfecti infinitivique historici vim non eandem esse optime hoc exemplo docemur (cf. Iaenicke l. l. p. 138; contra Woelfflin Archiv X p. 180 inf.) — Tribus deinde infinitivis posterioribus exprimuntur tres actiones celeriter se excipientes quaeque vi atque vigore efficiuntur, per gradationis figuram ordinatae; tempore denique finito q. d. „cogo“ actio definitur. Ita hic locus comparet exemplum secundum omnia artis praecepta perfectum.

De vocabulorum asyndeto cf. E. Norden, de Minucii Felicis aetate et genere dicendi. Gryphisw. 1897. p. 29 sqq.

Posse pro inf. hist. usurpari praesens historicum q. d. concedo, ita tamen ut aliquid intersit inter hoc et illum. (Woelfflin Archiv X p. 181.)

Sequitur eiusdem capitis vicesimi locus alter: 6, 20, 14 sq.: erant, qui metu mortis mortem precarentur: multi ad deos manus tollere, plures nusquam iam deos ullos, aeternamque illam et novissimam noctem mundo interpretabantur. Nec defuerunt, qui fictis mentitisque terroribus pericula augerent. Aderant, qui Miseni illud ruisse

illud ardere falso sed credentibus nuntiabant. Paulum reluxit, sed non dies nobis — videbatur.

Et hoc exemplum miram praebet artem, quae apparet maxime allitteratione q. d. trium verborum (metu mortis mortem) et minore atque tenuiore duorum (multi — manus). Quid deinde intersit inter: „nec defuerunt, qui — augerent", et: „aderant, qui – nuntiabant" nemo non videt. Multum denique artis huic loco se impendisse Plinius ipse sibi conscius est, id quod ex huius epistolae ad Tacitum datae fine perspicuum est: „Haec nequaquam historia digna non scripturus leges et tibi, scilicet qui requisisti, imputabis, si digna ne epistula quidem videbuntur".

Libri septimi caput 27 duos praebet locos, quorum alter unum habet infin. descriptivum eumque forma quidem passivum, re medium: 7, 27, 5: Erat Athenis spatiosa et capax domus — Per silentium noctis sonus ferri, et si attenderes acrius, strepitus vinculorum — reddebatur: mox apparebat idolon – manibus catenas gerebat quatiebatque.

Alter locus est hic: 7, 27, 7: Ubi coepit advesperascere, iubet sterni sibi in prima domus parte (sequuntur 3 praes. hist., quibus aeque ac verbo „iubet" actiones secundariae redduntur). Initio, quale ubique, silentium noctis, dein concuti ferrum, vincula moveri; ille non tollere oculos, non remittere stilum, sed affirmare animum auribusque praetendere; tum crebrescere fragor, adventare et iam ut in limine, iam ut intra limen audiri: respicit, videt agnoscitque narratam sibi effigiem. Stabat innuebatque digito; hic contra manu significat — stilo incumbit: illa catenis insonabat; respicit innuentem nec moratus tollit lumen et sequitur. — Ibat illa lento gradu –; postquam deflexit in aream, repente dilapsa deserit comitem — (sequuntur 5 praesentia histor.) Domus postea rite conditis manibus caruit.

Exstant igitur hoc loco 9 infinitivi descriptivi, in quibus 3 generis passivi, notionis q. d. mediae, unus vbi. inchoativi (cf. Woelfflin Archiv X p. 181).

In libro nono haec leguntur: 9, 13, 7: Ubi coepi crimen attingere, reum destinare, adhuc tamen sine nomine, undique mihi reclamari. Atque vb. „coepit" (cf. Schütz p. 18 sq.) cognationem quandam habere cum infinitivo descriptivo negari non potest, cum utroque idem nonnunquam significetur quod Graecae linguae „aoristo", momentum q. d. ingressivum. (Iaenicke l. l. p. 138. Schmalz p. 335). Infinitivus „reclamari" autem potest intellegi aut gen. passivi, si „undique" idem valet atque „ab omnibus, qui aderant, circum me erant" aut gen. medii (kaum . . . da allgemeiner Widerspruch).

9, 33, 4 sq.: — puer — in ulteriora tendebat. Delphinus occurrit — et nunc praecedere puerum, nunc sequi, nunc circumire, postremo subire, deponere, iterum subire trepidantemque perferre primum in altum, mox flectit ad litus redditque terrae. Serpit per coloniam fama: concurrere omnes, ipsum puerum tamquam miraculum aspicere, interrogare, audire, narrare.

Habemus 7 infinitivos vbi. transitivi et 5 inf. partim transitivos partim intransitivos.

Liber Xus unum praebet exemplum in epistula a Plinio ad Traianum data: X, 81, 4: Eumolpus — dilationem petere coepit: contra Dion ut audiretur exigere.

In panegyrico exstat: P 22, 7—11: Te parvuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes, aegri — ad conspectum tui — prorepere. Inde alii se satis vixisse te viso, alii nunc magis esse vivendum praedicabant.

Index rerum.

pag.

Exordium 3

Caput I.

Infinitivus est subiect. grammat. 4

A. Infinitivus nudus 5

1. Praedicatum est vb. copul. cum nomine
   a. nom. substantivum . . 5
      α. infin. meri subiecti loco 5
         pro substant. c. nominativo:
         1) genet. character.:
            nom. substant. . 8
            partic. praes. . . 9
         2) pronomen possess.. 9
         3) esse c. dativ. . . . 10
         4) esse c. locutione adverbiali 10
      β. inf. est epexegeticus vel appositionis locum tenet
         1) post substantivum cum pronomine demonstrat. coni. . . 10
         2) post solum pron. demonstr. 12
         Additam.: Infinitivus substantive usurpatus 13
         Infin. loco subiecti: 14
            praedicat. est vb. personale . . . 14
            praedic. est copula c. infin. 14
         Attributa infinitivi subst. us. 14
         Infinit. e praepositionibus aptus . . 15
   b. nom. adiectivum 16
      α. gradus positivus . . . 16
      β. gradus comparativus . 20
      γ. gradus superlativus . 21
         pro adiectivo:
         1) pronomen vel pronominale 22
         2) adverbium 22
2. Praedicatum est vb. impersonale 23
3. Praedicatum est persona tertia num. singul. gen. pass. 27

B. Accusativus cum infinitivo . 28

1. Praedicatum est copula cum nomine:
   a. nom. substantiv. 29
      α. infinitivus meri subiecti loco 29
         pro substantivi casu nominativo
         1) genet. characteristicus 30
         2) esse cum dativo. . 30
         3) esse cum locut. adverbiali 30
      β. infinit. est epexegeticus vel appositionis locum tenet 30
         1) post substantivum cum pronom. demonstr. coni. (AcI e substantivo) 30
         2) post solum pron. demonstr. 30

pag.

b. nomen adiectiv.
α. gradus positivus . . 31
β. gradus comparativus . 34
γ. gradus superlativus . 35
pro adiect. adverbium 35
2. Praedicatum est vb. impersonale 35
3. Praedicatum est persona tertia num. singul. gen. pass. 38

Caput II.

Infinitivus est obiect. grammat.
A. Infinitivus nudus 40
1. Infinit. substantive usurpatus 40
2. Infinit. cum nomine coniunctus pendet e verbis sent. et decl. 41
a. nomen subst. 41
b. nomen adiect. 41
α. gradus positivus . . . 41
β. gradus comparat.. . . 41
γ. gradus superlat. . . . 42
pro adiect. adverb.. . 42
3. Infinit. solus pendet e verbis
a. facultatis 42
b. necessitatis. 44
c. voluntatis 44
α. affirmat. 44
β. negat. 49
d. incipiendi 51
4. Infinit. pendet ex adiect. 54
B. Accusat. (vel dat.) et infinitivus 56
C. Accusat. cum infinitivo coniunctus 59
1. verba sentiendi 59
a. perceptio sensibus effecta 59
b. perceptio cogitat. effecta 62
c. cogitandi. 66
Verba affectuum 75
Acc. c. inf. in exclamat. 77
2. verba dicendi 80
3. verba volendi 91
Oratio obliqua 98

Caput III.

pag.

Nominativus cum infinitivo . . . 100
1. verba quae act. usurp. Accus. et inf. regunt 101
2. verba sentiendi et dic. . . 102
vba act. intrans. 106

Caput IV.

De casibus infinitivi 107
1. Nominativus 109
a. Gerundii cum „est“ . . 109
b. Gerundivi
α. subiect. est n. substantiv. 109
β. subiect. est n. adiect. vel pronominale . . . 109
γ. subiect. est pronomen 110
Gerundivum attribut. usurp. 111
Gerundivum addito adiect. 111
Gerundivum substant. usurp. 112
Gerundivum praedicative usurp. post verba „dare“, „tradere“ etc. 113
1) accusativus gerundivi post vba activa 113
2) nominat. gerundivi post vba passiva . 116
„ad“ cum gerundio 116
2. Genetivus 116
a. Gerundii
α. pendet e nom. substant. 116
1) obiectum deest . . 116
2) obiectum additur . 120
β. pendet e nom. adiect. 122
obiectum additur . . 122
b. Gerundivi
α. pendet e nom. subst. 122
β. pendet e nom. adiect. 123
γ. pendet e „causa“ . . 123

pag.

3. Dativus
  a. Gerundii 124
  b. Gerundivi 124
    α. pendet e nomine . . 124
      1) adiectivo 124
      2) substantivo 125
    β. pendet e verbis . . . 125
      dativ. gerundivi loco enuntiati finalis . . 125
4. Accusativus
  a. Gerundii c. praepos. „ad"
    α. pendet ex adiect. . . 126
    β. pendet ex verbis . . 126
      1) movendi 126
      2) eundi 126
      3) dandi 126
  b. Gerundivi ex praeposit.
    α. circa, ob. 127

pag.

    β. ad
      1) post nomen subst. 127
      2) post nomen adiect. 127
      3) post verba
        a) movendi 127
        b) eundi 128
        c) dandi etc. . . . 128
5. Ablativus
  a. Gerundii
    α. obietum deest 129
    β. obiectum additur . . 129
      1) accusat. 130
      2) dativus 130
  b. Gerundivi 131
    E praepositionib. pendet
    1. gerundii 132
    2. gerundivi 132

Caput V.

De infinitivo historico 134

Annotationes.

ann. 1 p. 3. a. de epistularum libro decimo:

Ussing (J. L. Ussing, Om de Kejser Trajan tillagte breve til Plinius, Kjöbenhavn 1861) putat Traiani responsa quintodecimo saeculo supposita esse; quam sententiam sequitur Lagergren (J. P. Lagergren, De vita et elocutione C. Plinii Secundi. Upsala 1872) qui p. 25 dicit Traiani rescripta se omnino omisisse, postquam Ussingius satis evidenter ostendisset illa rescripta supposita esse. Similiter iudicat Ludw. Schaedel (Plinius der Jüngere und Cassiodorius Senator. Darmstadt 1887), qui demonstrare studet p. 1—6 („eine Trübung des ursprünglichen Briefwechsels statuiert in vager Weise L. Sch.“ Schanz Geschichte d. röm. Litt. ²II, 2 p. 275) opinionem eorum, qui libertum quendam Plinii illum libellum publicavisse putent, non satis esse ad omnes difficultates tollendas, quas illae epistolae habeant retractationemque nunc exstare et emendationem haud ita sollertem. Sed facili negotio Wilde (Ignatius Wilde, De C. Plinii Caecilii Secundi et imperatoris Traiani epistolis mutuis disputatio. Lugd. Bat. 1889) p. 36 sqq. et p. 63 sqq. Ussingium errare ostendit, qua in re hodie omnes fere consentiunt. Cf. R. Steck Jahrb. f. protestant. Theol. 17, p. 553. Neque aliter sentit qui quantum scio postremus hanc rem tractavit, Hardy (C. Plinii C. S. epistulae ad Traianum imperatorem cum eiusdem responsis, edited with notes and introductory essays by E. G. Hardy. 1890).

b. de Panegyrico:

J. F. Gronovii Observ. libri quattuor ed. Frotscher Leipz. 1831 p. 467: „Non possum autem hic oblivisci Ciceronis et panegyricum incomparabilem incomparabili panegyrico copulare, cum praesertim et in omnibus, tamquam optimum, imitandum sibi proposuerit Plinius, et hic eius sensus in parte expresserit. Orationem dico pro M. Claudio Marcello, cuius cap. 3 haec leguntur verba dudum eruditis agitata: Parietes, me dius fidius, ut mihi videtur, huius curiae tibi gratias agere gestiunt etc.“

Apollinaris Sidonius, cuius mores a nostri non abhorrent, quanti Panegyricum aestimaverit, vide eiusd. Ep. 8, 18: C. Plinius pro Attia Viriola (ep. 6, 33) plus gloriae de centumvirali suggestu domum rettulit, quam cum M. U. Traiano, incomparabili principi, comparabilem Panegyricum dixit.

Hunc locum Gronovius spectavit.

ann. 2 p. 3. Dittel Beiträge zur Ansicht vom Infinitiv als Locativ. 1882. De infinitivo pro imperativo usurpato v. Jolly Geschichte des Inf. im Indogerm. München 1873. Brugmann Griech. Gramm. 1900, 515 sq. Delbrueck Grundriss 4, 453 sqq. Strotkoetter Dorstener Prgr. 1886 p. 12, 16 J. Wackernagel Zürcher Philol. Versammlung 1887, p. 276—283. G. Müller Die Lehre vom Inf. im Lat. Prgr. Goerlitz 1878 p. 15. sq.

Cf. Brugmann Grundriss 2 p. 155: legimini — λεγόμενοι (Stolz Formenlehre der lat. Sprache p. 158). Jaenicke Neue Jahrb. 1895, p. 135 annot. Alessandro Arrò Noterelle glottologiche. Torino 1896 (Wochenschrift f. klass. Philol. 1897, p. 441 sqq.) (λύομαι, λύεσαι, λύεται sunt dativi, habent idem suffixum ac δόμεναι, χαμαί.) Ivan Kopacz Indogerm. Forschungen XII, 1, 2. p. 23—25 lat. Inf. auf —ier: legier = zur Lesung od. in Lesung sein.

ann. 3 p. 3. P. Barth De inf. apud scaenicos poetas lat. Diss. Berol. 1882, p. 13.

ann. 4 p. 3. W. Rösch Neue Forschungen über das Wesen und die Construction des Infin., Correspondenzblatt für die Gelehrten- und Realschulen Wuerttembergs 27 (1880) p. 18—33.

ann. 5 p. 3. Ziemer Junggrammatische Streifzüge. Colberg 1883. Derselbe: Bursian 1888 p. 365.

ann. 6 p. 3. E. Albrecht Curtiusstudien IV (1871).

ann. 7 p. 3. Deecke Beitraege zur Auffassung der lat. Infin. —, Gerundial- und Supinumconstructionen. Prgr. Muelhausen 1890. Derselbe: Untersuchungen über Sprachgebrauch. Bursian 1893, 3, p. 226.

ann. 8 p. 7. Strotkoetter Über die syntaktische Bedeutung des lat. Infinitivs. Prgr. Dorsten 1886.

ann. 9 p. 3. Fr. Stolz Formenlehre der lat. Sprache. J. Schmalz Syntax der lat. Sprache. Beide in Iw. Müllers Handbuch der klass. Altertumswissenschaft Bd. VI.

ann. 10 p. 4. Casp. Suhl Quibus condicionibus Tacitus ellipsim verbi admiserit et qua ratione excoluerit. Diss Freis. 1900 (tractat praecipue ellipsim verbi „esse"). Draeger Hist. Syntax der lat. Sprache. ²1879—81, I p. 195 sqq. Wochenschrift f. klass. Philol. 1901, p. 570.

ann. 11 p. 4. R. Kuehner Ausführl. Grammatik der lat. Sprache. Hannover 1877—79. II p. 8 annot. 1. II p. 524 annot. 7.

De ellipsi vbi „esse" in structura nominativi cum infinitivo v. Draeger l. l. II p. 447.

Ferd. Hoppe Der Coniunctiv der coniug. periphr. act. in indir. Fragen und Bedingungssätzen und der Nominativ. cum inf. fut. bei Cicero. Prgr. Gumbinnen 1879. cf. Bursian 1881, 3, p. 218: „für Caesar und Cic. gilt die Regel, dass das Participium fut. act. ohne esse der wahre Inf. fut. ist, während dasselbe mit esse Inf. der coniug. periphr. ist."

Eidenschink Der Inf. bei Cornel. Nepos. Prgr. Passau 1879 p. 29: Nepotem „esse" in inf. fut. act. semper, in inf. perf. pass. saepissime (1 : 4) omittere; inf. fut. act. tum demum ortum esse, cum infinitivi vis finalis evanuisset. in gerundiis, quae a verbis „existimo statuo" etc. pendeant, ellipsim verbi „esse" usitatam esse; in infinitivis futuri activi „esse" omitti; si parcissime exstet, anteire participio.

Joh. Praun Bemerkungen zu der Syntax des Vitruv. Diss. Bamberg 1885, p. 40: a Vitruvio semper in inf. fut. act. verbum „esse" omitti; in inf. perf. pass. praecipue, ubi sermo sit elegantior; in gerundiis, quae a verbis declarandi pendeant, „esse" non exstare nisi duobus locis 64, 13 et 104, 17 R.

P. Barth l. l. (annot. 3), p. 27.

O. Lange Zum Sprachgebrauch des Vell. Paterc. Prgr. Stettin 1886. p. 1.

Dittenberger zu Caesar IV, 27, 1 (Hermes III, 375—381) p. 375: apud Caesarem in inf. fut. act. verbum „esse“ omitti centies quinquagies, exstare quindecies. (cf. bellum civ. 1, 19. 3, 11..

A. Draeger Über Syntax und Stil des Tacitus. Lips. 1882, p. 16—17.

Joh. Freund De Suetonii usu atque genere dicendi p. 15 § 1. Diss. Vratisl. 1901.

ann. 12 p. 4. H. Menge Repetitor. der lat. Syntax und Stilistik. 6. Aufl. Wolfenbüttel 1890. No. 438, 11.

Barth l. l. p. 34—44.

Schmalz Sprache des Asinius Pollio p. 33.

Anton Funck Die Auslassung des Subiectspron. im AcI bei den lat. Komikern. Fleckeis. Ann. 26 (1880) p. 725—734) p. 734: ellipsim pronominis subiectivi omnino usitatam esse, non semper Graecae linguae usum sequentem, cum saepius inveniatur, ubi subiectum enuntiati primarii non idem sit atque enuntiati secundarii; saepissime omitti pronomen subiectivum personae tertiae numeri singularis, raro pluralis, et apud inf. praes. activi.

Cf. Praun l. l. p. 40. Draeger II p. 440, 15.

De hac ellipsi post verba voluntatis cf. G. Müller l. l. (ann 2).

Quae vitiosa dicendi consuetudo tempore procedente latius videtur patere apud scriptores ferreae q. d. aetatis, praecipue ecclesiasticos. Cf. W. Hartel Lucifer von Cagliari und sein Latein. Archiv f. lat. Lex. III p. 46: L. setzt oft in harter und unklarer Weise die Subiectsaccusative nicht, so dass schwer zu entscheiden, ob Inf. oder AcI vorliegt.

Ferd. Becher Die sprachliche Eigenart der Briefe ad Brutum. Philol. 44, p. 471—501 zu 1, 16, 5: „quanti aestimet posse tantum.“ Dubitari potest utrum nudus inf. exstet an pronomen subiectum omissum sit. „Wegen „posse“, das für diese Breviloquenz eine eigentümliche Freiheit gewährt (s. Kuehnast Die Hauptpunkte der Livianischen Syntax. Berl. 1872. p. 107), wenngleich es hier vollkräftiges Verbum ist, die letztere Auffassung vorzuziehen.“

ann. 13 p 8. K. Kraut Syntax und Stil des jüngeren Plinius. Prgr. Schönthal 1872. de concinnitate cf. E. Norden l. l. p. 16—29.

ann. 14 p. 10. De infinitivo quodam epexegetico ad verbum „facere“ posito v. Lucif. Caralit 28, 28: adverte recte nos fecisse fugere vos serpentes.

Et gerundium pro infinitivo idem ibid. 11, 23: recte scias nos fecisse recedendo. Hartel p. 48.

ann. 15 p. 12. Em. Hoffmann (Der angeblich ellipt. Genetiv gerundii N. Jahrb. 109, p. 545—557) p. 548: Als Epexegese eines neutralen Pronomens steht der Genet. Liv. 35, 49, 13: nam quod optimum esse dicunt, non interponendi vos bello, nihil immo tam alienum rebus vestris est (die Lesart „interponi“ nach dem Mainzer Codex ist sicher Fehler oder absichtliche Besserung).

ann. 16 p. 13. Cas. Morawski De sermone scriptorum latinorum aetatis q. d. argenteae observationes. Eos 2, p. 8.

ann. 17 p. 13. Ed. Woelfflin Der substantivierte Infinitiv. Archiv III p. 70—91.

Ibidem p. 90 index infinitivorum qui saepius pro substantivo usurpantur: amare (Plaut. — August.). cedere (Prudent., August.). dolere (Cicero). esse (Eccles.). intellegere (Petron. — Mar. Victor.) mori (Tertull. — Lactant.). nolle (Pseudoapuleius). posse (Val. Max. — Ven. Fort.). ridere (Pers.). sapere (Cic. — Macrob.). scire (Pers. — Mar. Vict.). velle (Cic. — Concil.). vivere (Cic. — Mar. Vict.). mage velle = malle (Macrob.).

ann. 18 p. 13. Quid sit graecismus q. d. docet Brugmann Indogerm. Forschungen V p. 100 (cf. J. van der Vliet Berl. phil. Wochenschrift p. 1610). Oskar Weise Charakter der lat. Sprache 1. Aufl. 1891 p. 92 (editio altera 1899 in Bibliotheca regia Berolinensi adhuc non exstat).

Cf. Jaenicke Die sogenannten Graecismen im Infinitivgebrauch bei Vergil. Korneuburg 1874 p. 7.

Schaeller Die sogenannten syntaktischen Graecismen bei den Augusteischen Dichtern. Amberg 1884.

Diez Gramm. der roman. Sprachen I. 5. Aufl. 1882 p. 923 annot. 1: Vossius (Arist. 7, 50): nec ignotum antiquis iungere praepositionem infinitivo; si Lucretius sic locutus: „ad sedare sitim (ubi vulgo etiam in optimis membranis nostris „at" sedare) fluvii fontesque vocabant", quomodo apud Macrobium is locus legitur Saturn. 6, 1.

ann. 19 p. 14. Diez l. l. p. 920, Schneider II, 368: Infinitivo Lucretius saepe utitur pro casu recto substantivi, ex. gr. divitiae grandes homini sunt vivere parce. Lachm. in Lucret.

ann. 20 p. 29. Paratacticae q. d. constructionis pro hypotactica inter alia apud Plinium exstant haec exempla: cf. Berl. Wochenschrift f. klass. Phil. 1901, p. 571 (Ziemer über Antoine's parataxe et hypotaxe) 2, 3, 9. 2, 8, 2. 3, 7, 10. 4, 9, 21. 4, 17, 6. 4, 18, 1. 5, 14, 5. 6, 9, 2. 7, 27, 13. 7, 32, 2. 7, 33, 1. 9, 2, 5. 9, 13, 17. 9, 21, 3. 9, 23, 5. 9, 26, 1. X, 4, 6. 18, 2. 21. 32, 1. 33, 2. 37, 2. 39, 1. 40, 3. 61, 3, 5. P 65, 31.

ann. 21 p. 32. Alfr. Werth De Terentiani sermone et aetate. Neue Jahrb. suppl. XXIII. 1897. p. 291—378.

ann. 22 p 46. „gestio". de huius verbi usu Ciceroniano cf. Wochenschrift für klass. Philol. 1901, p. 567.

ann. 23 p. 51. Cf Schmalz l. l. p. 226: Diese Infin.-construction durch das Gerundium allmählich eingeengt. Während Lentulus bei Cic. fam. 12, 14, 7: neque defatigabor permanere, sagt Apul. flor. 7: fatigaberis admirando. Schon bei Livius: cum ad ultimum perseverassent negando; ferner: absistere sequendo und ähnl. besonders bei den Afrikanern und den ihnen Nahestehenden. Cf. Hartel Lucifer Caralit Archiv III p. 48.

ann. 24 p. 58. Otto Altenburg De sermone pedestri Italorum vetustissimo Neue Jahrb. 1898 p. 81 sqq.

Verbum „sino" apud Vitruvium non exstat; neque apud iureconsultos invenitur neque in linguas q. d. romanas transiit.

ann. 25 p. 59. Dr. II p. 229—232: de particulis quod, quia, quoniam, quomodo, ut pro AcI post verba sentiendi et decl. positis disseruit Georg Mayen, Kiliae 1884.

Thomas Dokkum: de constructionis analyticae vice AcIi fungentis usu apud Augustin. Diss. Snecae 1900. F. Blass Mus. Rhen. 37, p. 151 sq. Alfr. Werth l. l. p. 350. W. Hartel l. l. p. 48. Ed. Woelfflin Latinit. d. Benedict v. Nursia (Archiv IX p. 493—521) p. 517. W. Ehrismann l. l. p. 66 sq. v. ann. 31.

ann. 26 p. 72. Adde Draegero: Cic. Caec. 25. de orat. 2,28 (sic statuo et iudico). 1,126. 3,229. Brut. 216. ad Att. 16, 5, 2. ad fam. 13, 7, 5. 13, 28 A. 3. 15, 21, 5. Phil. 5, 48. Curt. 10, 4, 1. Senatus vel plebis scitum significat Verr. 1, 19, 20. Phil. 3, 13. Brut. 224. A Vitruvio hoc verbum undecies usurp.

ann. 27 p. 77. „commode" huc annectitur AcI in exclamatione positus, quod plerique grammatici eum ellipsi vbi alicuius affectum significantis declarant.

ann. 28 p. 78. Deest hic AcI apud Caesarem, Sallustium, Nepotem (cf. Eidenschink l. l. p. 29), Velleium, Tacitum; exstat apud Livium bis (9, 11, 12 et pronomine „quid" inchoatus 26, 29, 4).

ann. 29 p. 104. virum sentiebatur percutere ovesque fatigare (daemon).

daemon — flammas eicere porcosque cogere a subulco notatus sit. (Vit. Gregorii Magni. Act. Sanct. XII. Mart. p. 208).

ann. 30 p. 108. J. Weisweiler Das lat. Partic. fut. pass. i. seiner Bedeutung und syntaktischen Verwendung. Paderb. 1890. E. Krause De gerundii et gerundivi apud antiquissimos Romanorum scriptores. Dissert. Halle 1875.

Franz Joerling Gerund und Gerundiv bei Tacitus. Prgr. Gnesen 1879.

S. G. Platner gerunds and gerundives in the annals of Tacitus. Americ. Journal of philol. 1888 p. 464—472.

Idem: gerunds and gerundives in Pliny's letters. ibid. 214—218.

Herkenrath Gerundium et gerundivum apud Plautum et Cyprianum. Prager Studien; neue Folge, Heft 2. Prag 1894.

Ad. Ebert De M. Cornelii Frontonis syntaxi. Erl. 1880. p. 27 sq.

Speidel Ueber Supin., Inf. und Gerund. 4. Oberschwäb. Lehrerversammlung zu Biberach. Correspondenzbl. f. d. gelehrten etc. Schulen Württembergs 27 (1880) p. 300.

Eidenschink l. l. p. 7 sqq.

ann. 31 p. 108. cf. Ehrismann De temporum et modorum usu Ammianeo. Diss. Argent. 1886. 74 p. p. 73.

Corssen Krit. Beitr. p. 137 sqq.

Leo Adrian Part. praes. pass. Prgr. Glogau 1875. p. 9. Contra Weisweilerum: Persson, Archiv XII p. 140.

ann. 32 p. 114. „habeo": exemplum 1. obiecto caret; exemplum 2. praebet obiectum indirectum.; 3. loco obiecti enuntiat. relat.; 4., 5., 6. gerundivum, non gerundium, ut Thielemann l. l. p. 69 vult. (et p. 68 in Tacit. dial. 19, 25).

ann. 33 p. 124. Bursian 1890[2] p. 250 sq. legimus apud Plinium dativum gerundii quater exstare secundum S. B. Platnerum l. l. p. 217. Sed Platner gerundiva dicit.

ann. 34 p. 129. Cf. Körting Encyklopädie u. Methodologie d. roman. Philol. Heilbronn 1884. II p. 288.

ann. 35 p. 129. fando inauditum P 86, 19. Musée Belge 2. 3. p. 124 f. J. P. Waltzing: durch eingeschobenes „fando" nehme die Sprache der Dichter wie der höheren Prosa jedesmal einen familiären Ton an. (?) cf. Cic. N. D. 1, 29, 82: ne fando quidem auditum est.

ann. 36 p. 133. Gerundii et gerundivi ablativus nudus legitur apud Plinium:

1) gerundii: quindecies.
addit. obiect.: a) accus.: ter } Traianus.
b) dativ.: semel } Traianus.
loco obiecti quaestio obl.: semel.

2) gerundivi: quinquies.

ablativus e praepositionibus pendet:

1) gerundii: vicies.

2) gerundivi: tricies (bis in epist. Traiani.).

ann. 37 p. 138. Apud Ladewig (Aen. ed. VIII. cur. C. Schaper Berol. 1877) in indice p. 289 s. v. „infinitiv" haec corrigenda sunt: 1, 10: infinitivi pendent e verbo impulerit. 2, 55: infinitivus pendet e verbo impulerat. 6, 49: pendet inf. ex nom. adiect. „maior".
2, 350: „ „ „ „ „ „certa".
(7, 126: „ „ „ verbo „memento").

addenda:

7, 15: exaudiri — saevire — ululare.

11, 822: quicum partiri curas. infinitivus pendet ex voce „sola".

Quibus annotationibus adde sis hanc: Dr. II p. 441: infinitivum ex infinitivo pendere non est bene latinum etc.

apud Plinium eiusmodi structura invenitur:

1, 5, 12. 10, 11.
2, 5, 10. 11, 2. 19.
3, 4, 4. 7, 12. 9, 5. 35.
4, 4, 3. 9, 17, 19. 11, 15. 14, 4. 8.
5, 1, 3. 3, 1. 8, 1.
6, 2, 9. 20, 1. 28, 3. 29, 1. 33, 11.
7, 6, 7. 7, 9, 1.
8, 6, 1. 12. 21, 6. 24, 1.
9, 3, 2. 6, 2. 19, 1. 6.
X, 8, 5. 13. 47, 3. 60. 74.
P. 53, 1. 54, 7. 63, 27. 70, 12. 87, 15. 91, 17. al. Cf. Praun l. l. p. 23.